Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Sanctarum peregrinationu[m] in montem Syon ad venerandu[m] christi sepulchrum in Hierusalem. atq[ue] in montem Synai ad diuam virginem et martyre[m] Katherinam opusculum

https://hdl.handle.net/20.500.14918/461938

KastY
47
dl 1-2

Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

¶ Dies iudicij vocat dies agnitionis: quia in illo die erit generalis cognitio oim psonarū et oim cōditionū tā bonorū q̄ malorū: oim hominū q̄ fuit: qui fuerūt et erūt. Et ibi querek. Quis ē agnitio ꝑme declinatiōis. scde ꝛ tertie: ḡrie ꝛ q̄nte. Dan. vij. Judiciū sedit ꝛ libri apti sūt. Dicit etiā dies agnitiōis: qr tūc xps illos agnoscet q̄s mō ignorare videk. qr tūc liber vite plenarie ostendet. Eccl. xxiiij. Hec oia liber vite ꝛ testamēti altissimi ꝛ agnitio veritatis. In illa autē die nō habebūt mali allocutionē hoc ē excusationē: seu defensionē de peccatis suis. Vl̄ allocutionē. i. cōsolationē de sperāda liberatiōe. Sap. viij. Erit allocutio cogitatōis et tedij mei. Vel allocutionē. i. liberationē. Nulla erit tūc insia interlocutōria: nulla appellatō': qr tūc non valebit medela appellationis: nec cautela dilationis. qr statim dabit insa. et statim fiet executio. Patet ergo q̄ ista duo iniustū hoiem occupāt in morte. vicz cōscientie desperato et iudicis reprobatio. Sed de iusto dicit oppositum. Prou. xiij. Sperat iustus in morte sua. Pcēo assignat istox rōnē dicēs. Nationes enī iniq̄ dicere sunt cōsūmatōis. q̄si diceret. Iniquitas erit causa quare tales generatiōes siue nationes habebūt dirā. i. crudelē psūmationē. nō qr fuerit de iniquo thoro generati: ꝑ qr fuerūt neq̄t cōuersati: iō erūt dire cōsūmatōis. Eccl. ij. Respicite filij nationes hoim: qr null⁹ sperauit in dño et confusus ē. pmansit in mādatis eius et derelictus ē. ¶ De dira cōsūmatōe totius mūdi. p peccatis exceptis octo aiabus patz Gen. vij. De dira cōsūmatiōe q̄nq̄ ciuitatū p vicio cōtra naturā pz Gen. xix. De dira cōsūmatiōe septē gentiū cozā filijs isrl̄ pz Josue. v. et deinceps de dira cōsūmatōe natiōis iudeox pz tpe Tyti et Vespa. Vlī satis constat q̄ nationes iniquе dire sūt cōsūmationis. ¶ Nota q̄ mor⁹ naturalis intendit in fine. Vlī debilior ē in p̄ncipio et in medio q̄ sit in fine. mō cōsuetudo ē altera natura. et iō mala cōsuetudo deducta per parentes in filios quāto diuturnior: tāto itensior erit donec eos dei patientia noluerit viterius tolerare. Et iō Tobias senior postq̄ filio ꝑdixerat de interitu niniue: et eū adiurauerat q̄ post mortē suā et vxoris sue: nullo mō in niniue moraret. subiūxit causam. Videlicet q̄ iniquitas citius fine dabit ei. Tobie. xiij. Iniq̄tas enī gentis abbreuiat eius duratōz frequēter. Vlī sicut notat mgr̄ in scolasticis historijs sup illud Gen. vj. ca. Nō ꝑmanebit spūs me⁹ i hoie ineternū qr caro ē erūtq̄ dies illox centū annox. Iste numer⁹ nō ē mēsura vite hois. cū etiā post diluuiū hoies multi istū numerū viuēdo excesserūt. ꝑ iste numer⁹ annox fuit tps qđ de⁹ dedit hoib⁹: tūc peccatorib⁹ vt peniteret aīa q̄ diluuio delerēt. Et ꝑ fuit dictū eodē āno q̄ icepit arca edificari: ꝛ arca fuit i edificatōe cētū annis. fm Strabuz: qr cū genus humanū illo tpe dato sibi ad pniam vtebat totalit̄ ad pctā abbreuiati sunt viginti anni pmissiōe diuina ꝛ centesimo anno deleti sunt. et multū rōnabile Job. xxiiij. Dedit ei deus locū penitentie ꝛ ille abutitur illo in supbia. j. Petri. iij. Sufficit ei preteritum tps ad voluntatē gentiuz consumādā qui ambulant in luxurijs. ¶ Et qr tota ista lectio et ꝑcedens: similit̄ ē de malis filijs q̄ malos parentes in suis sceleribꝰ imitāt. dic. n. Et si celeri⁹ defuncti fuerint: nō habebūt spem. Ideo de defunctis ē notādū. Inter defunctos talis inuenitur differentia: aliqui rem ꝑ spe lucrant⁹: aliq̄ spe ꝛ re ꝑiuāt: aliq̄ sub spe rem p̄stolāt. Primi sūt illi qui ab oi pctō imunes sūt ꝛ ad nullā penā tpalē obnoxij moriūt. De talibus dicit Prou. xiij. Justus sperat in morte sua. Et illud Eccl. j. Timenti deū bene erit i extremis ꝛ in die defunctionis sue benedicetur. Aliqui sūt qui spe ꝛ re ꝑiuant⁹. sicut illi q̄ i peccato mortali decedunt. De q̄bus Prouer. xi. Adoztuo hoie impio: nulla erit vltra spes. Et Sap. xiij. Infelices sūt et inter mortuos spes illox. Et sic defunct⁹ pōt dicere illud. ij. Macha. vj. Manū oipotentis dei: neq̄ viuens: neq̄ defunct⁹ effugiā. manum scz dei punientis. Tertij sūt q̄ sub spe rē p̄stolāt. ꝛ hi sūt q̄ cū pctō veniali. vel cū pnia incōplera decedūt. et iō ad locū purgatiōis mittūt. De q̄x spe p̄t exponi illud Prouer. xiij. Spes q̄ differt affligit aiam. Et sic de defunctis. ij. Macha. xij. Sancta q̄ ꝛ salubris est cogitatio. p defunctis exorare vt a pctis soluant̄. Et istos iuuare suffragijs eccl̄ie synis et opibus pietatis mirabiliter piū est.

¶ Ad qō nos mouere dēt q̄tuor rōes. Pena q̄ puniunt̄. Beniuolentia q̄ digni sciūt. Indigentia q̄ op̄imūt: et Cōfidentia q̄ recōpensaturi credūt. Prio mouere nos debet ad eos iuuandos pena q̄ puniūt q̄ ē valde magna. Excedit enī oēm penā sēsibilē hui⁹ vite. fm beatū Aug. Isti q̄stuarij q̄ poztāt indulgētias ꝛ prio domib⁹ hospitaliū mēdicāt p mūdū: narrāt et exponūt populo quot cecos q̄t paralyticos q̄t igne infernali pcussos sustentat dom⁹ p q̄ mēdicāt: et q̄nto horribiliores defect⁹ noiant tāto magis puocāt auditores ad subueniēdū. Est enī rōnabile q̄ magis idigenti ceteris paribus citi⁹ subueniat: nlli aūt viuētes tm̄ indigēt q̄tū defuncti. Igit̄ nulli succurrit viuēti qđ tā meritoziū ē vt defunctis. Scdo mouet nos ad ꝑ beniuolētia q̄ digni sciūt. Cū enī i purgatorio cōstat q̄ a deo diligūt finaliter hoib⁹ i p̄ti dubiū ē an amoze an odio digni sūt. Tertio mouet ad hoc indigentia q̄ op̄imuntur. Jhi enīz in nullo se possunt iuuare: quia nec possūt a nobis mendicare nec laborare nec possūt ab alijs mutuare. In ꝑsenti q̄s seipm̄ q̄tūcūq̄ sit peccator potest iuuare: et per se et per alios multis. Quarto debet ad hoc nos mouere ꝑsidentia q̄ sibi gratis bñfacientib⁹ recōpēsaturi credūt. Heredes nōbilū q̄ sūt infra etatē ꝛ sūt in custodijs dñox suox q̄ nō bñt semp advotū necessaria: sicut vellēt q̄diu sūt infra etatez: vñ tūc xpis si aliq̄s eos iuuet dādo vel mutuādo mirabilit̄ pōt eox amozē captare et habere de eis amicos maximos cū ad hereditatē venerit et possint rebus ꝑ xpi⁹ dñari. Sic ē in ꝓposito ꝑ istu spūs cōtribulari in purgatorio: sūt heredes dei et coheredes xpi. ad Ebreos. iij. Justificati gra ipi⁹ heredes sumus fm spem vite eterne: et iō si eos mō iuuerim⁹ nō ē dubiū: q̄n efficacit̄ recōpēsabūt cū sua hereditate gauisi fuerint cū effectu. Et iō bñ dicit auctoritas allegata q̄ nō solū sancta: ꝑ salubris ē cogitatio ꝑ defunctis exorare vt supꝑ. Hz reuera timeo q̄ isti heredes regni celestis ab hereditate cū quadā iusta dilatiōe elongati cōqueri ꝑsit grauit̄ ō tribus generib⁹ hoim: vicz de falsis executorib⁹. querulis ecclasticis. et ingratis heredib⁹. q̄ isti tres cōit̄ inter se diuidunt bona morientis.

¶ Primo cōquerūt de falsis executorib⁹. Nā malox executox. quidā differūt et plongāt legata. q̄dā minuūt et defalcāt: q̄dā totalit̄ auferūt et vsibus suis apzopriāt et pmittūt miseros ꝛ incarceratos spūs eiulare in purgatorio dū ipi tripudiāt et cārāt in cōuiuio. Vñ pōt eē planct⁹ defunctox illud Esa. xxviij. Posuim⁹ mendaciū spem nr̄am. et illud Treno. iij. Perijt spes mea ꝛ finis me⁹. ¶ Scdo cōquerūtur de malis ecclasticis q̄ istis defunctis nocēt triplicit̄. Primo eos defraudāt debitis ozatoribꝰ. Scdo abutunt̄ eox legatis ꝛ oblationib⁹. Tertio male viuēdo facūt se indignos diuinis et scōx exauditionibus. Job. ix. scim⁹ q̄m deus peccatores nō exaudit. ꝑ si q̄s dei cultor ē ꝛ voluntatē ei⁹ facit hūc exaudit. Vñ isti ꝑ̄ dicere illud Esa. xx. Heccine erat spes nr̄a ad q̄s confugimus in auxiliū vt liberarent nos. ¶ Tertio cōquerūt de heredib⁹ ingratis q̄ eox bona plaborez et tedia conq̄sita tā occupāt in iocunditate: filijs fratrib⁹ vxoribus filiab⁹ et cōsanguineis vel extraneis assignātes. q̄ oēs illos ꝑ tra iudicium obliuioni. ac si eox bona nūq̄ vidisset q̄t aliq̄ bona parētū expendūt in luxurijs. aliq̄ eos iuuāt. sed de viltoribꝰ et de minimis dāt aliq̄ sūt pessimi q̄ nec eos habēt in memoria. Vñ de istis defunctis sic dolētib⁹ et deceptis exponi pōt illd Zacharie. ix. Dolebit nimis Accharon q̄m cōfusa ē spes ei⁹. Accharon interp̄tat tribulatio et designat aias i purgatorio existentes. spes quā habuerūt de amicis carnalibus cōfusa ē. et iō beatus hō cui⁹ ē nomē dñi ꝑ man⁹ amicox reliquerūt dispgendos p⁹ mox

¶ Potest hic eē dubitatio talis. Utrū filius teneat̄ p oia parentib⁹ obedire: videtur q̄ sic. Deut. xxj. Si q̄s genuerit filiū cōtumacem proteruū qui nō audiat ꝓfis aut mris imperium: lapidibus eū obruet ois popul⁹ ciuitatis. ꝑ pena mortis nō infligit̄: nisi ꝓ pctō mortali. ergo mortaliter peccat filius si in oib⁹ parentibus nō obediat. ¶ Preterea ad Colo. iij. Filij obedite parētib⁹ p oia. ¶ Preterea iobedies supiori suo facit sibi irreuerētiā. ꝑ nulla irreuerētia. Iz filio facē parētib⁹ suis: qr hz ꝓceptū ō opposito. Honora patrē tuū et matrē tuā. ¶ Ad oppositū magis tenent̄ subditi patrib⁹ spūalibus q̄m filij patribus carnalib⁹: sicut ptz ꝑ apostolū ad Heb. xij. Patres quidē carnis habuim⁹ eruditores ꝛ reuerebamur eos. nōne multomagis obtpabimus patri spūali et viuem⁹? Sed subditi vel religiosi nō tenent̄ obedire patrib⁹ spūalib⁹ in oibus. ꝑ q̄pue in illis q̄ exp̄munt̄ in eox statutis. puta in regula vel cōstitutiōib⁹ q̄s ꝓfitent̄ fm Bern. li. suo de ꝓcepto et dispensa. et p oīs nō indifferētib⁹. ꝑ q̄ multominus teneāt filij carnali ꝓfi in oibus obedire.

¶ Ad hāc q̄nez rñdet. s. Tho. ij. q̄libeto. q. ix. Et dicit q̄ tātū ad illa se extēdit debitū obedientie ad q̄ se extēdit ius ꝓlatiōis. qr obediētia nō nisi alicui ꝓlato debet: large loq̄ndo ō ꝓlato. Pater aūt hz ius sup filios in duob⁹. Primo q̄tū ad domesticā cōuersationē. qr ꝓfamilias est in domo. sicut rex i regno. ꝛ iō sicut ꝛbditi regis tenentur obedire regi in his q̄ spectant ad gubernationē regni. ita filij et alij domestici tenentur patrifamilias obedire in his que pertinent ad dispensationem domus. Secundo pater habet ius super filium ꝓlationis in his que pertinent ad morum disciplinam. Debet enim pater filio disciplinam. sicut docz Arist. viij. Ethi. Et ideo in istis duobus tenet filius patri obedire et non alijs. ¶ Sed contra hanc rsponsionem arguitur sic. aut loquitur doctor de debito honestatis. aut de debito necessitatis. Si in debito honestatis: videt̄ q̄ i multis alijs tenetur filius obedire patri carnali q̄m in administratione familie domus vel disciplina mox. Nam si in aliquo sit inobediens patri in quibuscunq̄ licitis et honestis etiam in indifferentibus: videtur patrem inhonorare quod non est licitum sibi. Si vero itelligat doctor de ꝓcepto necessitatis: non videtur q̄ filius in moralibus teneatur semper obedire patri: quia tūc filij haberēt excusationem de peccato per ꝓceptum malorū patruz qđ ē falsū.

¶ Preterea si tenetur patri obedire videt̄ q̄ filius mortaliter peccet nō sedendo vbi pater ꝑcipit: vel nō vtendo veste qua pater ꝑcipit eū vti. qđ videtur durum. ¶ Preterea ponamus q̄ pater vel mater ꝑcipiat filio q̄ voueat ꝛginitatē vl̄ q̄ iret religionē. Istud spectat ad disciplinā mox: ꝛ tamen nullus dicit q̄ in his filius

BERN. DE BREIDENBACH

PEREGRINATIO
IN
JERUSALEM


1490

THO
RAR
4 – 47.qu.

Cm


Cm


RAR
4—47.
Cm




A
Zoa
512
c. 4.

15 : 13

Psal.

Venite filii audite me timorem dni docebo vos

Venite filii audite me timorem domini docebo vos



Transmarina Peregrinatio
ac Sanctorum & Locorum
Sepulcrorum Domini cum
Itinerario

Script. Bernardus de Breidenbach.
impress. Petr. Drach Spirensis
1490.

YB46


Bernhardus de breidenbach de
cranis et Camerarius ac magnus
Johannis Comes Isol
ms et dns Mnzebag
Philipus de
Lucken nules

pro Conuentu Vberttensi frm̃ Ordinis de observantia

VAK 113 No. 6

Bibliotheca fratrum Minorum wesalensis

BIBLIOTHECA CONVENTUS WERTHENSIS

KAST 4 47



Reuerendissimo in christo patri et dño dño Bertholdo sancte Maguntiñ. sedis Archiepiscopo Sacri Rhomani Imperij per germaniã Archicancellario ac principi electori dño suo gratiosissimo. Bernardus de Breydenbach dicte ecclesie Maguntinen. decanus simul et camerarius obedientiam promptam et deuotam.

Reuerendissime in christo pater et dñe. dñe mi gratiose. Oe tue preter morẽ meum vsitatum scribere Reuerendissime paternitati audentius solito presumpsi. et rem haud tue dignã grauitati exhibere tentaui. id cause est q̃ tua mihi sepenumero experta probataq̃ fruor gratia bonitate ꝛ humanitate. qua preter supraq̃ ceteros cumulatius in presentiarũ vtens. Reuerendissime pater id obnixius primũ omniũ precor quatenus nõ certe moleste aut indigne. quod ipe enecnũ loco tue dixi reuerendissime offerendũ paternitati feras. finalq̃ pene tecũ iocari. tam et si id alienũ prorsus a tua maturiori cõditione certo sciam. feram et ego si non satis grauiter pro meo officio a te vel alio quopiam spectato viro. agere. fuero iudicatus. Tentatio si me apprehendit humana et impertinens curiositas. ignosces. p tua clementia. haudq̃ succensebis. Ceterũ multipharia humanoꝝ studia ingeniorũ neq̃ nouoꝝ cõdendorum existere finem librorũ (si tamen id nouũ dici possit qõ alia q̃prius veste. indutũ et nouo dumtaxat fuco siue colore superlitum superq̃ videtur opertũ. eadẽ rei substantia manente sub alio et alio aduenticio modo essendi) qui nõ videat sub oculis hac pertim tẽpestate. qua nouitatũ opido increuerũt adinuentiones. et vnusquisq̃ in suo sensu abundat. inueniri posse arbitror neminẽ. quandoquidẽ eo vsq̃ ventũ sit iampridem vt iuxta vulgatũ puerbium stilum dumtaxat mutauisse sit fecisse librũ. Taceã oportet de grãmaticis. rhetoricis. dialecticis. musicis. geometricis. astronomicis. ꝛ philosophis. Diuus dudũ Hieronymus testatur quoniã qõ medicoꝝ est medici tractant fabrilia fabri. ita et de alijs parem in modũ. Sola scripturarũ ars est ipo eodẽ asserente et dictim docente experientia. quã sibi passim vendicant omnes. quo fit q̃ scribimus indocti doctiq̃ poemata passim. hanc garrula anus. hanc delirus senex. hãc sophista verbosus. hanc vniuersi p̃sumunt. lacerãt. docentq̃ anteq̃ discant. At ego vt meã falcem in alienã mittã messem absit pcul. earũ haud diues precioſarũ mertiũ. opumq̃ maiorum egenus et pauper. p̃sumpserim minime aurea vel argentea vasa in donaria dñi offerre. sed que mihi sunt fictilia atq̃ cõmunibus apta vsibus. et si pudet. piget tñ mini me exhibere: magna magnis relinquẽs. qui acriori et excellẽtiori p̃diti ingenio. in optimarũ studijs disciplinarũ a puero et teneris (vt aiunt) vnguiculis cuum suũ omne cõtriuere vel diuinarũ institutiõ doctrinis rerum. vel ceterarũ artium eruditionib̃ imbuti. Vi q̃ quinq̃ talenta a dño tradita sint eis. alia quinq̃ merito superlucrant. Ego vero si duo minuta era in gasophilatiũ vidua cum paupercula misero. bene belleq̃ mecum actum existimauerim. neq̃ tñ ea Reuerendissime pater prius censui in ecclesiã offerenda q̃ tuis acutissimis p̃sentauerim oculis p̃uidenda. pbandaq̃. tam et si talis tantiq̃ p̃ceptoris haud digna sint cõspectione. Mirabere fortassis quid velim. Opusculũ habeo quod duplã p̃fert docetq̃ peregrinationẽ. altera quarũ vsq̃ Hierosolymã. altera inde ad inclitã virginẽ et martyrẽ porrigitur Katherinã. quas ipe ego vt tua nouit Reuerendissima paternitas. deo ꝓpicio et votis meis benignus annuente. anno perfecisuperiori. zelo tamen bono et optimo fine. quo ceteris christicolis vel tali inseruirẽ mea opera atq̃ labore eas ambas in cartã traduci decreui. modo prius inuiso. per scripturã videlicet et picturã. quatenus nõ modo intellectũ res hec oblectaret verũ et aspectũ. traheretq̃ vehementius affectum hominũ deuotorũ. Et quanq̃ ipm vile opusculũ non magnopere aut necessario veniat corrigendũ quasi piculo alicui esse possit. etiaz si tuas

Bibliotheek MINDERBROEDERS WEERT.

SIC SIGNANS SIGNICULA SIGILLOTHECAE FF. IN CONVENTUS WERTH.

UNIVERSITEITS BIBLIOTHEEK

doctissimas inciderit manus minime. tue tamen absq; Reuerendissime paternitatis nu tu et cõniuentia. in publicũ prodeat nolo. quo nõ modo tibi detulisse sed et ipi opuscu lo videar cõsuluisse. Neq; enim adeouisq; desipio vt nõ intelligam hac ex dedítione tue me celsitudini nil vel gratiarũ vel preconioz intulisse. Scio equidem et certus sum q ipm potius opusculum dum ex tua quasi officina egredi videbitur/auctozitatis et splẽ dozis plurimũ accipiet. atq; valoris. maxime q incõpertum sit nemini. nil vnq; tuam venisse sublimã (que scoziam omnem eradit) quod nõ rectissime euaserit atq; emendatis simum. Que eni macula. que rubigo. que impuritas. tuos pe picacissimos oculos pre terfugere posset. Quid vero tua grauissima iudicatum vnq; fu censura. aut equa lance etaminatũ. quod quinio etiam summoz hominum: arguere presumpserit. Hinc sequa tur necesse est. vt quod abste probatum fuerit id magnipendatur. Quod vero reiectum id nihili et flocci habeatur oporteat. Iam ob rem operam impendi q sollicitã. vt ipm opusculum hac diligencia cõficeretur et lucubratione coq moderamine vteretur vt cõ munia preteriret. nõ nisi cursim ac summis (vt aiunt) labijs prius descripta perstrin geret. Que vero digna esset dictu scituq; ea latius euolueret et dissereret copiosius. vt id in precelsa de mahumeto et alijs quibusdam grauibus assertionibus et disputatio nibus haud q contemnendis orationibus fiet euidens magis. Porro quoniam magna benivolentia maiori dilectione maxima vero gratia tua me Reuerendissima pa ternitas et serenissima dominatio semper et vbiq; pre ceteris ampliori prosecuta est fa uore (quod nõ tam ipe sensi sepissime q omnes habent perspectum) quinetiã et si tace rem lapides clamarent/haudq; silerent ipa tua in me plurima collata beneficia officia q. Ea propter tue me prestantissime colendissime paternitati profiteor fore perpetuo obligatissimũ/dedititiumq;. Et quanq; (qõ dolco) nõ opis mee grates referre condi gnas/neq; prorsus habeam quod retribuam domino meo obseruandissimo pro omni bus que retribuit mihi. tamen quo propensissimũ animi mei in te affectum prodam vt cunq; atq; paratissimã ostendam placendi voluntatẽ. En et meipm totum hoc exile encenium. sequens videlicet opusculũ. sterile et incomptum/tue dedo dedicoq; Reue rendissime paternitati/vtere et me et eo vt libet. Et si quãdo licebit pre ocio id intueri di gneris. Siccq; fiet vt tua longe melius acceptius et clarius euadat approbatione. q̃ al terius cuiuspiam vel exacta discussione. q pernotissimũ cunctis iam factum sit et cele brisama vulgatum. q hisce in terris sicut potestate ita et virtute prestantior te sit nemo. Quis enim omnes preclaraq; animi corporisq; tui dotes et eximias gratias. paucis ex plicabit. que sedem sibi quasi ꝓpriam in te vno omniũ iudicio collocauere. Quis tuam vel cogitando vel dicendo singularem prudentiã. oculatissimã circumspectionẽ. ingenij acumen et facilitatem. grauitatẽ morum. debita suauitate peruenustam. amorem equita tis et iusticie. clementie legibus haud inculta. animi cõstantiam z magnitudinẽ. ac re bus in gerundis industriam et sagacitatẽ. pauculo emetiatur sermone. Quod et si quis vel eximius orator tentare presumeret. eum nõ modo succumbiturũ sed et obfuscatio nis q̃ accessionis siue elucidationis plus allaturum. haud iniuria crediderim. Nec er go multis moz frustraq; coner. id sensio. id proclamo (non certe assentatozis vicio sed quo veritati testimonio sum mozemq; ei geram) quicquid prorsus in auctissimo et do nis referto amplissimis inuenitur. id tu cumulatissime habes et possides totum/omniũ felicissimus et fortunatissimus iure meritoq; reputandus. Eya vero q̃probe q̃apte q̃ iuste: tua preclara merita. tue responderunt sublimationi. qua in summũ vsq; gradum cõscendisti et apicem. in insigni metropoli maguntinensi. En fides tua integerrima. ze lus ardentissimus. infatigabilis labor. casuum perpessio variorum. quibus pro ipsius alme ecclesie et inclite sedis maguntinensis incremento prudem semper decertasti. q̃ re cte. deo ipo volente et patrum omniũ vnitissima cõcurrente electione. plebisq; acclama tione fauentissima. mercedis et premij iusta retributione. te in precelsum hoc fastigium cõstituere. Suprenam ergo gloriosissimi Martini collocatus in arcem Archipresul faustissime diuo prorsus auspicio. caz adauge semper et exorna. et quam tibi hactenus charam pmotamq; habuisti. nũc fac operosius atq; accuratius vt cepisti magnifices.

amplifices.et illustres in dies.quatenus se te rectore te duce.te pastore iustis et optimis se gubernatam legibus letetur.glorietur ⁊ gratuletur sibi in cuum.tua quoq; reuerendissima paternitas presenti gaudeat felicitate.et eterna in celis iocunditate atq; beatitudine expleto certamine.cursuq; bonis presuli cōsummato perfruatur.Amen.

¶ Continentiam huius operis subiecta monstrabunt.

¶ In primis prefatio premittitur ciuitatis Hierusalem ac sancte terre finitime.quondam promissionis appellate cōmendaticia.plures eius preclaras ostendendo preter et supra ceteras excellentias et precipuas.prerogatiuas.vnde et ex ea veluti termino ad quem motus est profectio in eam eminentior cōuincitur et dignior merito cōprobatur. Fructus etiam sancte huius peregrinationis quosdā ipa prefatio prosequitur.intentionemq; explicat autoris et operis diuisionē vt patet intuenti.

¶ Deinde processus Hierosolymitane peregrinationis de loco ad locum ordinate et exāmusim cōmuni et vulgata deducitur narratione.et tum litteris et scripturis.tum imaginibus et figuris.potiores ille ciuitates et loca quibus inter proficiscendū cōmunius applicatur terra mariq;.ad intellectum et sensum describuntur videlicet.
Primum omnium inclita ciuitas venetiarū tanq; terminus a quo intrantibꝫ mare.
Deinde ciuitas parentina que a venetijs leucis cōmunibus siue miliaribus italicis distat centum.
Deinde vrbs Corfona que octingentis.
Deinde Modona que mille et centum.
Deinde Joppen siue Japha que bis millenis. Vbi peregrini ad terram de mari egredientes.per Rama oppidum vsq; Hierosolymā per.xl.leucas in asinis pergunt. Et ita a venetijs vsq; Hierusalem sunt bis millena milia italica et quadraginta. Cetere vero minores vrbes et insule omnes suis in locis/proprijs dumtaxat nominibus designantur. Ex vero insignis et potens ciuitas Ragusina quingentis distans a venetijs leucis suo loco nō est hic effigiata.ad cuius portum etiam cōmuniter solet applicari. Ideo quia nimio ventorum impetu et vi inde proiecti.ac celeriori cursu alio delati.illac nequiuimus propinquare.quo accidit vt nostros subterfugerit oculos et obtutus.
Inter insulas vero plurimas quas pretergredi oportet/inter nauigandū tres precipue ceteris preclariores hic habentur figurate ⁊ designate.videlicet Candia que a venetijs mille leucis italicis distat. Rhodum que mille quadringentis.et Cipr⁹ que mille septingentis. Relique dumtaxat numerantur et nominantur suis in locis. Porro loca sacra intra Hierosolymā.et que ciuitati devicino adiacent de quibus crebrius in sacra fit pagina mentio.et in quibus quecq; memoratu digna patrata leguntur.specialibus effigiantur figuris cum notulis declaratorijs et remissionibus opportunis ad veteris vel noui testamenti passus.

¶ In secunda parte prime huius partis principalis.determinato de locis. agitur ordine cōgruo de incolarum siue indigenarū locorum eorundem.et presertim sacrorum moribus/ritibus/legibus/et sectis. Et primum omniū de sarracenis quorū vt magis pateat error et damnatissima secta.
De eorum pseudo propheta et pestifero seductore Mahumeto.longa et propria texitur historia.tractans videlicet.
De eius ortu et natiuitate. De eius detestabili vita et cōuersatione.
De eius prophane legis initio et pmulgatione.
De eius infelici morte et indubia damnatione. Et tandem cōpendiosa quedam sed notabilis et matura annectitur mahumetice secte et perfidie improbatio.vbi multa haud cōtemnenda inseruntur dogmata.potissimū cōtra illam epicuream paradisum quā ipe mahumet suis predicauit sectatoribus et promisit. Inde agitur breuissime. de Judeis. Grecis. Syrianis. Jacobitis. Nestorianis. Armenis. Georgianis. Indianis. Maro-

nijs. Et eorum omnibus erroribus ceremonijs et ritibus. Adiunguntur quoq; cui libet fue ꝓprie littere sine caracteres quibus vtuntur vel scribendo vel loquendo ipe nationes. In fine eiusdem tractatus oratiuncula quedã additur miserum et miserabilẽ orientalis ecclesie statuz modernũ deplorans. Sed et disputatio quedam seriosa et gra uis cõtra eos/qui vnumquẽq; in sua fide. lege vel secta. credunt posse saluari. Postre mo de veris catholicis latinis qui perpauci sunt Hierosolymis fit memoria cum lamẽ tatione quadã lugubri. super desolatione ecclesie dei sancte. et exhortatõne ad principes orthodoxos. eos ad ecclesie fidelioꝛẽ cõtra perfidos defensionem animando. Cuius rei gratia in calce visio quedam terribilis Carolo quõdam imperatoꝛi ostensa. annota tur ex speculo historiali Vincentij beluacensis sumpta.

In secunda huius operis parte principali. de secunda agitur peregrinatione ab Hie rusalem per vastam solitudinem in montẽ Synai. ad diuam et inclitam sanctãq; virgi nem et martyrem Katherinã. Cui etiam cõmendaticia quedam antefertur prefacun cula/sicut et prioꝛi. Deinde pfectionis ipius oꝛdo et pꝛocessus ab Hierusalem vsq; in Gazera ciuitatem. et inde per desertum vsq; Synа describitur. vbi et loca sacra sin gula in montem dei oꝛeb et Synai ex oꝛdine explanãtur et debitis notulis elucidant. Tandem regressus ex monte Synai per oꝛtum balsami in Hathacea villa existen tem. et per Chayrum babiloniam ciuitatẽ sarracenoꝛum potentissimã z maximam. vbi rex ipoꝛum Soldanus residet. et inde per Nylum paradiseum fluuium nobilissimũ vs q; in Alexandriam quondam gloꝛiosam vrbem. vnde et venetias reditur nauigio/vbi etiam de cõstantinopolitane vrbis excidio et expugnatione digressiue agitur. oꝛdinata z opoꝛtuna explicatur narratione. Et in fine omnium quedã ponunt scitu necessaria his qui forte has volent in futuro deuotionis gratia subire peregrinatões. quos fructu mul tiplici spirituali haud dubiũ inde ditandos altissim⁹ saluos cõducat et reducat. Amen.

Pꝛefatio in opus transmarine peregri nationis ad venerandum et gloꝛiosum se pulchꝛum dominicum in Hierusalem eius tum laudes tum fructus paucis attollens. intentionemq; expꝛimens auctoꝛis z ope ris diuisionem. Incipit feliciter.

Sancte et salubꝛis pꝛofectionis atq; peregrinatõnis transmarine Hie rosolymitane. laudes amplissimas. eximiam dignitatẽ. et pꝛeclaras vtilitates cupiens hac cõmendaticia extollere oꝛatione. ita paucis vten dum censui quo moꝛem geram lectoꝛi. vt habeam nihil ominus ratio nem dicendis quo oꝛthodoxoꝛũ deuota pectoꝛa in eam pꝛius fortas sis inclinata. etiaz atq; etiam faciaz inclinatioꝛa. Atq; in pꝛimis hinc mihi aꝛbitroꝛ exoꝛdiendũ. q; cum perspicuũ sit iuxta philosophicã assertionem a termi no ad quem motũ accipere speciẽ z rationẽ atq; etiam dignitatẽ. Hinc ex terre sancte su per cunctas pꝛecminentia/huius pegrinationis laus et cõditio nobilis venit. haud du bium metienda pꝛimũ. q̃obꝛem si vel summotenus attigeꝛo magnam excellentiã/maio rem pꝛe ceteris pꝛestantiam/maximã pꝛerogatiuam sancte illius ciuitatis Hierusalem et terre finitime (tametsi suapte pernotissimã) nõ mediocrem. immo pene e vestigio pꝛi mam. in eam rem fecisse me accessionẽ. plurimãq; absoluisse ꝯmendationis ptem. haud iniuria existimabo. Gloꝛiosa sane de ea ciuitate dicta sunt abolim. psalmista teste. dicũ

turq; dictum. quoniam ciuitas dei summi est. magni regis et dñi virtutum. cuius fundamenta in montibus sanctis. ita vt diligat dñs ipse portas syon super omnia tabernacula Jacob. Geneseos quoq; testatur liber. quanta. promissionum serie. terram hanc priori seculo venerandis patribus ipe omnipotens deus pollicitus sit. vnde et terra promissionis appellata est. eius terre viuentiũ que in celis est typũ ex multis similitudinibo (quas breuitatis amore transeo) q̃apte preferens. Claretq; libro ex eodez. quemadmodum multarũ gentiuz pater abraam. diuo ammonitus iussiu. paterno derelicto solo. egressus de terra sua et cognatione sua et domo patris sui. ad terram hanc festinauerit. figens tabernaculum suum Bethel et hay. in geraris bersabee cõmoratus et Abron. Iudem de Isaac Jacob Joseph quoq; et fratribus eius liquet. Hoc adiecto q; hi quoniã viui in terra ista semper esse nequibant. mortui saltem in ea exoptabant et magnopere desiderabant sepeliri. Id posteris suis in mandatis relinquentes. Cõstat preterea neminẽq; fugit. q; et ipe omnium mitissimus hominũ Moises. hanc ob terram nõ tam visendam q̃ possidendam. cõtemptu regali palatio. preclaris egipti opibus nihilihabitis. spretaq; terra inclyta. cum fratribus suis longo per desertum tempore affligi maluit. q̃ temporalis regni frui iocunditate. Cunq; eam dei nutu ingredi nõ licuit. saltem a longe pspicere et salutare eam loco de sublimi montis abarym habuit pergratũ. Obmitto hoc in loco recensere ex penthateuci regum. iudicum. pphetarum. historiarũq; voluminibus plurima. que maiorẽ in modum ad eiusce terre ingentem cõducerent ostendendã sublimitatem. quanto videlicet israelitarũ ipsa parta fuerit sudore. quanta hostium sanguine cede et strage subacta. q̃ sacratissimis semper gubernata legibus. q̃ miris a deo signis et prodigiis sepenumero decorata. q̃ clarissimis semper exculta patribus. et eorũ tum rebus et factis memorandis. tum doctrinis et exemplis insignibus egregie illustrata. q̃ gloriosis referta personis. sacerdotibus videlicet et regibus et prophetis. quorum est ampla satis laus in historiis: et memoria in benedictione. apud quos etiam tam sincerus dei cultus diu et diu viguit. ita vt notus in Judea deus dumtaxat tunc/in toto esset orbe terrarum. et in solo israel magnum nomen eius atq; habitatio eius in syon. Si quidem facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius. Id potius post omnia velim adiectum velut precipuum instituti mei documentũ. q; homo natus est in ea. et ipse fundauit eam altissimus. quia videlicet terram hanc vnigenitus dei filius. nostram venturus in carnem. in temporis plenitudine sibi vniuerso delegit ex orbe. quam et sua benedicta cõsecrauit incarnatione. natiuitate. cõuersatione. quam preterea doctrina sua et miraculorũ gloria eximie honestauit. illustrauitq; morte. resurrectione. et in celos ascensione. Qua ex re id haud abre intulerim. quoniã si (vt par ratio est) digna putamus loca vbi petrus et paulus christiani duces exercitus. et dominici gregis pastores sanguinem fuderunt pro christo. Si deniq; martyrum vbiq; veneramur reliquias. et sanctaz fauillam oculis apponentes. si licet etiam ore cõtingimus. Terram illam quomodo nõ omni prorsus dignissimã veneratione existimabimus. in cuius medio salutem nostram operatus saluator noster. monumentũ quoq; in quo redemptor ipe noster conditus est quomodo nõ magnificiemus magis. quomõ nõ pluris reputabimus. immo vero quo modo sic a perfidis floccibaberi et naucipendi. tantis iam retrohabitis temporibus sustinemus in iniuriã christi et obprobriũ nominis christiani. Scitum est preterea et incõpertum extat nemini. quanto antiqui studio et veteres iudei templum Hierosolymis et sancta sanctorum tum venerabantur tum frequentabant/ presertim q; illic erat arca testamenti cum cherubin et ꝓpiciatorio. vbi tabule legis. manna quoq; et virga aaron que frondurat cõtinebantur. que tamen omnia et singula vt vas electionis Paulus diserit. nõ nisi vmbra erant futurorum. At nonne apud nos (vt de ceteris sileam) venerabilius longe est mediatoris dei et hominum Jesu christi domini nostri sanctum gloriosumq; sepulchrum. quod quotiens fidelis quisq; ingreditur. totiens mentis ac fidei sue oculis. inuolutum syndone videt saluatorem. paululumq; procedens. lapidem conspicit reuolutum. angelum quoq; super illum sedentem. et sudarium cum linteaminibus mulieribus ostendentẽ. templum exinde preterieus vetustum. quasi in presentiarũ.

audit Jesum inibi predicantem. cenãtem. post hac in mõte syon recolit. discipulorũq; illic pedes lauantem. ac eis corporis et sanguinis sui sacramenta cõficientem. egressum tandem in montem oliueti deuotissime orantẽ. defluentem sudore sanguineo. osculo proditum a traditore. captum debinc. tractum. illusum. cõsputum. accusatum. flagellatum. coronatum. morti adiudicatum. crucem. ꝓpriam baiulantem. cuiusq; sub mole in porta ciuitatis (cuius rei hodie relicta cernuntur vestigia) deficientem. succedentẽ Symonem cyreneum. ac postremo in golgata amarissime passionis sue mysteria ꝓsummantem. O quanta loca illa sacratissima exundant haud dubium laude et gloria. quanta virtute ac dignitate prestant. quanta proinde deuotione si via nobis ad ea esset apertior. iure meritoq; essent. tum honoranda tum visitanda. quanto colenda affectu. que et ipa mater domini Maria. virgo perpetua. eius post mortem atq; resurrectionem. dictarũ rerum obmemoriã nõ tam incoluit multo post tempore. q; ardẽtissimis desideriorũ insignijs honorabiliora nobis effecit. Ita et reliquę mulieres sancte loca ipsa sepenumero deuotissime exosculantes. Atq; hunc in modum plericq; alij vtriusq; sexus homines fecere. suo nos ad id exemplo prouocãtes. Inter quos beatissimus effulget Hieronymus eorundem locorum cultor et inhabitator precipuus. qui in diuersorio marie ad presepe domini in bethleemitico tugurio latitare atq; ꝓmorari romanis pretulit delitijs. Ita deuotissime paula et eustochium. ita venerabilis marcella. ex rhoma ornatissimis dictarum litteris eo aduocata. Ita clarissimi quiq; alij ex omni delectiores christianismo viri. qui pro sua exímia fide et deuotione quantumlibet distarent minus se habere christiane religionis abolim putauere. in illa loca sacratissima suis perspexissent oculis: osculatisq; attigissent. atq; illic christum dominũ adorauissent vbi steterunt pedes eius. et in quibus euangelium primũ de patibulo chorusc auit. fidesq; nostra sumpsit exordium.

¶ Adde q; dictorum deuota visitatio locorum. ad emendationis vite propositum cõcipiendum. hauriendamq; suorum cõpunctionem criminũ. nõnihil confert pio et fideli peregrino. ita vt meo quidem arbitratu. atq; plurimorũ mecum cõsentientium censura. nullus pene sit vel perrarus. qui nõ melior inde regrediatur q; ante fuerat ingressus. Hec q; ob id. hoc in loco. gentili cõcesserim poete dicenti. celum nõ animum mutat qui transmare currit. Esto in curiosis id locum habeat. qui vanitatis ducti spiritu. scrutandorũ locorum causa. eo pergunt. nullum referentes fructum ex tanto labore et sumptu. nisi q; veterum more exploratorum. quos Moyses miserat terre sancte terreq; promissionis detrabere nõ cessant. At nõ sic in his. qui deuotionis venerationisq; gratia illo proficiscuntur. per varios casus per mille discrimina rerum. Quis equidem christicola has ingressus terras sacratissimas. nõ mox amaras soluetur in lachrymas. quis compunctionis nõ preferret indicia. etiam si adamantino esset pectore. vbi et petre scisse sunt. et saxa ingentia diruta (que hodie sub aspectum ibi monstrantur) atq; terra tota funditus mota christo moriente in cruce. Quis nõ alterum mutaretur in virum. perditus quantumlibet ante fuisset. quãdoquidem (vt de plenissimis illic remissionibus et indulgentijs copiosissimis taceam quas consequi quisq; ibi potest mox vbi mare egreditur et pedem terre sancte infigit. ac deinceps q; sepe multis in locis) quando inquam (quod plurisfacio) veneranda saluatoris sui vestigia. ac omnium pene passionum ceu victoriaruq; suarum erecta ibi vexilla. terramq; suo precioso rubricatam et perfusam sanguine. copia sibi datur sub oculis cõspicere. deosculariq; ore. terere pedibus. manibus et corpore toto complecti. Quando licet in villulam christi ingredi. intrare Marie diuersoriũ. atq; presepe illud dignissimũ contingere. adorare paruum hoc terre foramen. in quo celorum conditor natus est. in quo deus immensus infans factus vagijt. in quo inuolutus pannis. visus a pastoribus. stella demonstratus. a magis fuit adoratus. Quinctiam (vt minora referam) ad iordanis fluenta vbi baptisatus fuit christus a Johanne. ad pastorum quoq; caulas. ad dauidis mausoleum. ad Amos prophete rupem. ad abrae deniq; isaac et iacob eximiorum monumẽta patriarcharũ in Ebron. Sed et ad trium illustrium feminarum. vxorum scilicet eorundem tabernacula ac memorias. liber patet aditus. transituq; ad riuum Eunuchi a Philippo baptisati. vnde samariam pergas.

Cineres baptiste. Helisei. Abdie mente colligas. videas floridam Nazareth. florentq; iuxta nomen suum galilee. villam chana. montem thabor. mare galilee. et secus id milia populi non pauca agnoscas per dominū satiata. Inde progressus. mente pertractes filium vnicum matris sue in porta Naym resuscitatuz. atq; montem suspicias hermon. vadasq; per torrentem Endor. in quo Sizara superatur. In prospectu tibi sit caphárnaum. libani. tyrus. sydon. bethel. hay. silo duplex cesarea. triplex rama. gloriosa olim ptolomeida. Ramathaim sophym. Joppe. Lydia. Jamnia. Flobe. ac philistim ciuitates quinq;. et reliqua id genus loca multa. in quibus mira leguntur facta gestaq;. Post que omnia pertransita. in montem rursus ascendas oliueti. et inde in montem properes caluarie. atq; in crucifixionis loco adores. noctem debinc in dominico facturus sepulchro. vbi tua cum magdalena defleas dolenter peccata. Quis inquā cunctis hisce ex locis et monimentis (si tamen deo credat et euangelio) nō magnam sibi hauriat deuotionem. Quis ibi meliozis sibi vite non imbibat voluntatez. viteq; veteris penitet. vbi tot et tanta ad hec sub oculis habet incitamenta. vbi haud dubium diuina gratia efficax cius pre ceteris locis in animas agit deuotozum. si obex nō ponatur. Sed de his iam satis superq; forsassis.

Quod reliquum est neutiq; putauerim silentio transeundum. quemadmodū videlicet dictarum perlustratio terrarum. haud immodice ad earum sumendā intelligentiam rerum deseruit. de quibus sacris in histoziis q; creberrimam mentionem fieri constat. Numirum perspectum omnes habemus exploratūq;. quoniam visa q; audita vel lecta dumtaxat. amplius mouent/atq; que coram videntur sua sub effigie. fortius nobis solent imprimi. q; si aliena tantummō imagine represententur. Hinc in veteribus legim⁹ histoziis beato tradente Hieronymo. philosophos quosdam lustrasse prouincias. nouos adisse populos. maria transisse. vt quos ex libris nouerant/coram quoq; viderent. Hic pitagoras memphiticos vates. sic plato egiptū et eā ozam italie. que quondā magna grecia dicebatur. laboziosissime pagrauit. Sed ad Lituml'iuiū lacteo eloquētie fonte manantē de vltimis hispanie galliarūq; finibus. quosdā venisse nobiles legimus. et quos ad cōtemplationē sui rboma nō traxerat. vnius hois fama perduxit. Sic apollonius plurima ptransiuit regna. atq; (vti hec veluti extranea missafaciā) sacra habet pagina celebriq; memoria refert/venisse reginā saba a finibus terre. cum comitatu et diuitijs multis Hierosolymā: vt audiret sapientiā Salomonis. qua pbata obstupuit. ita vt spiritū vltra vix haberet. pclamans q; media pars eozum que audisset et vidisset. minime fuisset sibi prius nunciata. Quid ergo mirum si deuotus quisq; christianus illaz videre desiderat terram. quā quotidie ecclesie resonant vniuerse. Que eni dies pene per anni circulum in qua vel cantando vel legendo vel predicando ecclesie christi nō recolūt. que hisce in terris/ac locis eius finitimis facta phibentur. Omnibus quidem hominibus teste philosopho naturale inest desiderium sciendi. sed hac tempestate perpauci sunt. qui sese claris oblectare disciplinis et scientijs volunt. animumq; suum nobilem. ingenuis optimarum artium pascere doctrinis. q; vel laborem horreant adiunctū. vel copia sibi desit rei familiaris ociumq;. Perplures vero sunt qui meliozibus et vicinioribus saluti neglectis. superuacaneis studijs dediti sunt nimis. q; videlicet diuitias coaccruare. augere opes. mundi huius oblectationibus perfrui. affluere delitijs et voluptatibus querunt. studentq; amplissimis officijs et gradibus preeminere. nec cogitant miseri fragilem fortunaz et inanes eozum cōtentiones. que mediocri in spacio sepe frangutur et corruunt. vel ante in ipo suo cursu obruuntur. q; postmodum cōspicere potuerūt. Sicq; omnem mortalium vitaz varius sub sole labor exercet. atq; vt longe ante Jesus syrach predixit. occupatio magna creata est filijs adam. a die exitus eoruz de ventre matris vsq; in diem sepulture in matrem vniuersorum terram. Porro vnum est necessariū. Jesum vicz scire et hunc crucifixū. Id doctissimus in leget. euangelio apostol⁹ paulus etiā postea q; in terciū raptus fuit celū vbi mira vidit. vbi audiuit archana que hoibus loqui nō licet satis sibi esse arbitratur. atq; etiam precipit vniuerse christiane religionis professoribus. nō plus sapere q; oportet. neq; in alio quoq; gloriari nisi in cruce domi-

ni nostri Jesu christi.in quo est salus vita et resurrectio nostra:per quem saluati et libe
rati sumus. Quippe qui factus est nobis via. veritas.et vita. Non ergo glorietur sapiēs
in sapientia sua.neq; diues in diuitijs suis.neq; fortis in fortitudine sua.sed in hoc glo
rietur qui gloriatur.scire et nosse me:ait dominus deus exercituum. Quoniā hec est vi
ta eterna vt cognoscant te solum verum deum et quem misisti Jesum christum. ipso id
per semetip̄m cōfir mante. Et quanq; ad hanc salutarem assequendam scientiam.cuan
gelica precipue et apostolica satis cōferant documenta.que sanctorū studiosa lucubra
tione exornantur in dies.ac per diuini verbi declamatores quotidiana elucidantur ex
planatione.nō parum tamen vt prefatus sum ad eam ipam cōducit dictorum peragra
tio.et sub oculis cōspectio locorum:in quibus queq; per christum facta/dicta/aut pas
sa dictim.aut legimus ipi aut audiuimus. Sancta profecto esset huiuscemodi curiosi
tas(vt ita dixerim)et salubris euagatio atq; exercitatio prorsus perutilis homini.pre
sertim mediocri.sic videlicet exploratum ire atq; perscrutatum.loca vite mortisq; Jesu
domini nostri saluatoris.eius ex amore et sincera dilectione.qui mortem ibi nostrā mo
riendo destruxit:et vitam resurgendo reparauit. At cum Hieronymo sic iam cōcludam
Non Hierosolymis fuisse:sed Hierosolymis bene vixisse. Hierosolymis deuote se et
religiose habuisse.honesteq; et sancte cōuersatum fuisse.in medio nationis parue ꝛ per
uerse laudabile est.et reddit q̄ cōmendabilem peregrinum.ipāmq; magnificat et exor
nat peregrinationē.illustratq;. Et his iam satis sit super rebus hactenus disseruisse.

Intentionis explicatio.

Siquidem omnibus et singulis prefatis rationibus alte cōsideratis.pensatis
q; animo. Ego Bernardus de breydenbach insignis metropolitane ecclesie
Maguntine.tunc quidem Camerarius.nunc vero etiam Decanus immeri
tus.fatear necesse est(quo ceteris exemplo fiam)postea q̄diu proch dolor la
sciuiori etate respexi in vanitates et insanias falsas.tandem desuper quasi de graui so
mno expergefactus.cogitare cepi vias meas.et cōuertere pedes meos in testimonia dei
atq; post multa vana vane experta.tempus adesse ratus sum.quo quod bonum esset et
saluti accomodum tenerem et amplecterer. Itaq; cetera inter multa que mecum ipe re
putabam.estimabāq; efficacius ad vite cōducere emendā.id potissimū in mentem mi
hi venit.visumq; est bonum.eam ipam de qua predixi salutarē peregrinationē magno
forticq; animo subire.pio in visendi dominici sepulchri.ceterorūq; sacrorum cōspicien
dorum locorum desiderio vehementer affectus. Idq; diua desuper gratia et fida appri
me cōfratrum et cōmilitonū fretus comitiua perfeci.de quo magnifice deo gratias ago
qui me et socios tali habuit dono dignos.votiq; nostri pij effecit cōpotes.atq; magnis
de angustijs sepe liberauit. Porro quo banc meam profectionē siue(vt aiunt)reusam.
vtilem nō solum mihi sed et alijs fidelibus facerem.et maxime generosorū clarorumue
hominum animos in eam ipam magis magisq; cōmouerem.operam nauaui q̄ exactā
vt inter peregrinandū me de omnibus que scitu necessaria dignaq; essent cognitū face
rem certiorem/studiose singula perscrutando.nec vllis parcendo expensis. Huius rei
gratia ingeniosum et eruditum pictorem Erhardum scz rezvich de Traiecto inferiori
operepretium duxi mecum assumere vti et feci.qui a venetiano portu et deinceps po
tiorum ciuitatum.quibus terre pelagiq; transitu applicare oportet.presertim sacrorum
in terra sancta locorum dispositiones.situs et figuras.quo ad magis proprie fieri posset
artificiose effigiaret.transferretq; in cartam opus visu pulchrum et delectabile.cui de
claratorias notulas.vel latinas.vel vulgares feci per quendam alium doctum virum
ad votum meum apponi. Quod quidem perfectum opus.impressorie artis amminicu
lo cunctis habere volentibus cōmunicandum.vtinam atq; vtinam.intento optatoq;
haud vacuum fructu cuadat.

Operis diuisio.

OEmum opus ipsum in duas duntaxat libuit scindere partes. Altera quarū Hierosolymitanā. altera vero Katherinianam doceret peregrinationē. vtiliora quedam necessarijs respectibus et optimis. de moribus et ritibus erroribusq; ac sectis variis incolarum et inhabitatorū locorum eorundem. prime huius operis parti adijciendo. inserta nihilominus in fine narrationis huiuscemodi sectarum. pulcra quadam disputatione. ceu antidoto quodam et remedio. ne quis vnū quenq; in sua fide/lege/vel secta credat posse saluari. Alias etiam quasdā exhortationes et lamentationes. put res exposcit addendo bonis t opportunis motuis. Postremo omnium. pium opto lectorē. deprecorq; deum cunctipotentē. vt veris suis cultoribus christianis omnibus affectum et amorem infundat ampliorem. zelumq; ad terrā illam sanctam nō modo visendam. sed et aliquando recuperandā. redigendamq; sub christiane reipublice ditionem. vti olim fuit. ad sui nominis gloriam et fidelis populi laudem et honorem. Amen.

¶ Sequitur initium huius peregrinationis a solo natali vsq; venetias.

AD laudem et gloriā domini nostri Jesu christi. glorioseq; genitricisq; sue perpetue virginis Marie. atq; totius celestis curie. ob nostrarum salutem animarū/nos tres subscripti videlicet Generosus dñs Johannes de Solms domin⁹ in Hintzenberg. Et ego supra memoratus Bernardus de Breydenbach Camerarius atq; Decanus ecclesie Hagunt tine. Itemq; dominus Philippus de Bicken strennuus miles. singuli cum singulis famulis pio ducti zelo et desiderio. iam supra expresso. venimus in locum per nos deputatū et cōdictum. videlicet Oppenheim diocesis Haguntinens⁹ oppidū. ipa die sancti Marci euangeliste Anno salutis. Mcccclxxxiij. vnde profecti. sub quindecim dierum interuallo. venetias diuo munere sani et incolumes applicuimus. Inter agendum iter. saltuo vsi cōductu. vbi expedire videbatur/maioris gratia securitatis. Inuenimus aūt ibidem plures generosos comites et barones. strennuos milites. ac alios nobiles viros. atq; ecclesiasticas quasdā personas. eodem quo nos animo ex diuersis christianitatis partibus illo cōfluxisse. ex quibus duo barones et tres milites cum suis famulis/nostre se cōiunxerunt societati. alijs seorsum turmam facientibus singularē. Erant autem nomina eorum qui in vna nobiscum galea fuerunt et societate. dñs Baptista de Roppenstein baro. Item dñs Hernandus de Hernaxve. Item dominus Caspar de bulach miles. Dominus Georgius marx miles. Item domin⁹ Nicolaus maior de kurt miles. Neq; hoc in loco necessarium visum est. viam nostram vsq; venetias. q⁹ omnibus germanis suapte nota sit. pfustori stilo designare. Spacium vero qđ interiacet ex prefato oppido scz Oppenheim vsq; venetias. centum pene germanica cōtinet miliaria. nec vltra protenditur. Ibidem apud Petrum vgelheymer de Franckfordia venetijs cōmorantem/hospitio fuimus recepti. et ab eodē legaliter in ommibus atq; humaniter tractati. rebusq; in gerendis. et presertim in cōducenda galea cōsilio suo t auxilio fideliter adiuti. Multa enim opus est diligentia et sagacitate in cōuentione cū patrono galee. vnde haud ab re duxi eas hic clausulas annotare. quas matura deliberatione prehia. litteratorie nostre cū patrono nostro domino Augustino Interreni. id est comite rheni. inseruimus pactioni. quo ceteri hāc eandem fortassis subituri peregrinationem. hinc exemplū sumant itidem faciendi vel certe meliorandi.

¶ De forma cōtractus cum patrono galee.

ERant enim in conuentione articuli tales inserti. quos quasi ad alios factos curssim et sub cōpendio hic enarrabo.

In primis q⁹ dictus patronus peregrinos de venetijs vsq; ad terrā sanctam id est Joppen. et inde denuo vsq; venetias ducat reducatq;. ad qđ faciendū immo et preueniendū ad minus per diē alteram galeā que domino Petro cognomen- 100

to landarve attinebat/in qua alij peregrini de secunda societate vehebantur. sub pena se mille florenorum obligauit. super quo debita fiat prouisio iuxta placitum et votum peregrinorum.

Item q ipi domini peregrini duos inter se ordinent deputentq. qui in venetiano portu et deinceps in omnibus locis quibus foret applicandū/prospiciant et inquirant an patronus necessarios et sufficientes habeat famulos et officiatos. vt moris est visitati. et necessitas siue cōsuetudo hactenus obseruata requirit. Q si aliquem vel aliquos huiusmodi ex famulis quolibet casu deficere aut mori cōtingeret. patronus alium vel alios in locum eius vel eorum subrogare teneatur: suis in expensis.

Item q patronus teneatur armaturā pro. lxxx. viris disponere pro peregrinorū et galee defensione. aut hostium si opus fieret inuasione.

Item q patronus ad singula loca et portus applicare teneatur. quibus abolim consuetum est applicare. neq tamen vltra bidui triduiue spacium in aliquo loco immorentur. nisi forsitan tempestas maris (fortuna appellata) id faciendū persuaderet. hoc adiecto q si perigrini in insula Cipro ad Nicosiam ciuitatē pergere velint. eos teneatur in portu Cipr̄ino expectare. Et in reditu de terra sancta biduo vel triduo in quolibet portu. mercium vel vendendarū vel cōparandarū gratia. poterit immorari et nō vltra. Ita tamen q loca peregrinis deputata. in galea libera maneant. nec mercibus occupentur aliquo modo.

Item q patronus peregrinis singulis diebus bis ad comedendum et bibendū det vt decet pro viris honestis. Q si ex qualibet causa aliquis peregrinorū ad mensam patroni mane aut vespere venire nequiret. aut solus forte esse vel cum sua societate seorsum vellet manere. nihilominus ipe patronus solitum sibi cibum et potum transmittere teneatur absq cōtradictione omn.

Item q patronus peregrinis ex venetijs vsq ad terram sanctam. et inde vsq venetias de bonis panibus. vino bono. recentibus carnibus. ouis. alijsq huiusmodi esculentis cōpetenter prouidere teneatur.

Item q patronus peregrinis id petentibus mane vnam refectionem. et vespere collationem cum malmaseto et alijs tribuat. vt fieri solitū est et cōsuetum.

Item si peregrini plures vel pauci pro recenti aqua aduehenda. et alijs ꝓcurandis necessitatibus. ad litus vellēt proficisci. patronus nauiculam siue barcam et famulos qui eos ducant et reducant cōcedere teneatur eisdem.

Item q patronus semper et vbiq ipos tutari debet pegrinos. ne ab aliquo hominum verbis aut factis quoquo modo molestentur siue in mari siue in terra. iuxta suum posse et nosse absq fara.

Item q patronus ipos peregrinos debito permittat tempore in terra sancta morari. et eos custodiat atq cum galea expectet. Itemq personaliter cum eisdem equitet ad loca sacra visitanda: vsq ad Jordanem. et inde denuo vsq ad galeam. fideliter quoq et pbe se ad eos exhibeat. tuendo et semper acvbiq defendendo. ne ab infidelibus aut alijs vllo pacto circumueniantur. siue seducantur dolo et fraude semotis.

Item si aliquem vel aliquos ex peregrinis (quod deus auertat) mori cōtingeret. patronus de derelictis eius vel eorum bonis. nullo modo se impediat siue intromittat. sed apud eum vel eos cui vel quibus eiusmodi decedens vel decedentes bona sua legauerit vel legauerint omnino relinquat intacta.

Item q si aliquis ex ipis peregrinis anteq terre sancte applicaret moreretur. patronus ipe dimidiaz partem date sibi prius pecunie restituere teneatur. de qua eius testamentarij ordinabunt iuxta cōmissa.

Item si aliqui ex pegrinis ad sanctam vellent pficisci Katherinā in montem Sinai. patronus cuilibet tali id petenti decem ducatos de data prius pecunia reddere teneatur. et hoc ipm peregrini patrono quātotius studeant insinuare in Hierusalē. ne propter eos diuinus ibidē expectare oporteat cum galea. // Item si peregrini aliquē sibi interpretē siue scium et peritū linguarū illarum terrarum ad quas pergunt. sibi in venetijs vt fieri

solet voluerint procurare. patronus eidem interpreti vsq; ad terrā sanctam. et inde vsq; venetias de cibo et potu prouidere teneatur. et naulum recipere nō possit neq; debeat ab eodem. Postq; vero peregrini ad Joppen siue Japha vsq; peruenerint. et iam fuerint in terra cōstituti. quicquid tunc et deinceps interpres ipe exposuerit siue pro vectigalibus thelonijs pedagijs salua guardia. aut victualibus. peregrini ipi qui eum conduxerunt exoluere teneantur absq; damno patroni. Couentio vero cum interprete arbitraria esse dinoscitur. et suam propriam fm q; inter eos conuentum fuerit et conclusum habet formam.

Item q; patronus omnia vectigalia omnesq; pecuniam pro saluo cōductu exponenda siue salua guardia. procq; iumentis et alijs exactionibus. quibuscunq; nominibus censeantur. aut vbicunq; exponere oportebit. ipe solus pro peregrinis totum soluere et expedire absq; eorum sumptu vel damno teneatur.

Item quilibet peregrinus ipi patrono pro huiusmodi omnibus per eum vt prefertur faciendis vel exponēdis. quadragintaduos ducatos de tzecka dictos. id est nouiter monetatos dare teneatur. ita tamen q; illius summe dimidiā partem in venetijs exoluat. reliquam vero in Japha siue Joppen absq; fara. 42 dimidiat

Item q; si peregrini omnes vel eorum aliqui postq; Jerosolymā peruenerint vlterius ad montem Synai aut alio ire voluerint. ipe patronus eisdem auxilio esse teneatur atq; cōsilio in cōueniendo cum infidelibus iuxta suum posse et nosse. ac si causa ipa suam cōtingeret personam. Nōnq; si qui peregrini quidpiam rerum suarū quas secum ferre oportune nō possent. in galea decernerent derelinquendum. reducendumq;. ipe patronus id venetias vsq; secum reducere omni absq; contradictione teneatur. iuxta eorum dispositionem eis ibidem reseruandum et hoc iterum propriis sub expensis.

Item q; patronus peregrinis aptum in galea assignet locellum pro pullis siue gallinis lignis. aqua. sale et huiusmodi rebus necessarijs inibi reponendis. Nonq; per eorū si habeant cocum aut seruum omnia eis coquenda disponat.

Item q; si aliquid in hac cōuentionis formula neglectum aut sufficienter nō esset preuisum et expressum quod tamen iure vel consuetudine ipsi patrono cōgrueret faciendum Id pro expresso in hac formula presentisq; tenore pro inserto debet haberi.

Huiusmodi omnia et singula puncta prescripta. articulos et clausulas prenotatas. patronus cum quo peregrini taliter pacisc̄untur sub bona fide loco veri iuramenti prestiti. se solet obligare fideliter firmiterq; obseruaturum. nec contra ea se facturum aut fieri siniturum. per se vel alios suo nomine quomodocunq;. q; si in aliquo puncto vel aliquibus ipse patronus cōtrauenire presumeret. quicquid inde damni allatū fuerit peregrinis siue in venetijs siue in transitu vel reditu totum ipse patronus exoluere teneatur. secōm q; a peregrinis arbitratum fuerit vel iudicatum. ita vt ipi prorsus maneant sintq; indemnes. Solet quoq; huiusmodi cōuentio necessarijs fideiussionibus et alijs munimentis roborari. quo firmior sit et diligentius obseruetur.

De reliquijs precioſis et venerandis que habentur venetijs.

Consequenter deuotis peregrinis venit considerandum q; in ciuitate ipsa venetiarum plurime precioſe reliquie conseruantur. que ab eisdem videri et visitari. tempore intermedio quo ibidem vsq; ad galee preparationem et expeditionem expectare coguntur. possunt et merito debent. Nam et nos viginti duobus diebus illic transimus causa predicta morā. zz

In primis in monasterio sancti Georgij quod in mari iacet prope sanctum Marcum. est brachium cum manu integra ipsius sancti Georgij in quodam altari. Sed et in alio quodam altari eiusdem ecclie sancti martyres Cosmas et Damianus requiescāt.

Item in monasterio sancte Helene iuxta castella ipsa sancta requiescit helena tota in quadam capella. que cruccm dominicā Hierosolymis legitur inuenisse. Ibi etiam duplex crux cōseruatur. in quarū altera frustum quoddam ipius viuifici ligni. In altera vero Constantini magni. ipius sancte Helene filij pollex. ac sancte marie Magdalene os quoddā de pectore cōtinetur.

Item in monasterio sancti Nicolai de elio dicto. est vna de sex idrijs quarū aquas dominus in euangelio legitur cōuertisse in vinū. Ibi etiam est baculus pastoralis sancti ipius pontificis Nicolai. quo dum viueret in presulatu suo vtebatur. Multe ibidem alie reliquie reseruant quas omnes enumerare nō est necesse.

Item aliud quoddā monasteriū est in venetijs quod acrusechirij appellatur. in quo corpus sancte Barbare requiescit in quadā capella marmoreo quodā sarcophago nunc studiose reconditū. quod prius in quodā altari in ecclesia reseruabatur. In alio quodā altari est os quoddam magnū sancti Cristoferi.

Item in alia quadā ecclesia venetijs que ad sanctā Marinā vocatur sancta ipa Marina tota. in quodā requiescit altari. de qua mira in vitas patrū leguntur.

Item in alia quadam ecclesia sancte Lucie venerabile corpus eiusdem sacre virginis ac martyris Lucie requiescit. adeo integrum et illesum. vt mammille eius videri et recognosci proprie valeant et distincte.

Item in ecclesia sancti Zacharie venetijs. corpus ipius venerādi sacerdotis patris sancti Johannis baptiste iacet humatū. Atq; cum eo duorum quorundā corpora sanctorum. quorum nomina sunt in libro vite.

Ibi etiam pre foribus ecclesie eiusdem. est sepulcrum domini instar eius quod est hierosolymis formatum.

Item venetijs in ecclesia parrochiali vbi et patriarcha residere cōsuevit. multe sunt reliquie preciose et indulgentie maxime a pena et culpa. presertim singulis per quadragesimam dominicis diebus.

Item ad sanctum Marcum eiusdem euangeliste corpus venerandū requiescit. Estq; ibidem thesaurus venetorū in testudine quadam. summa cum diligētia reclusus.

Item duodecim corone. t. xij. pectora de auro. margaritis. saphiro. atq; smaragdis tē.

Item sex magne et preciose valde cruces de auro.

Item pileus ducis quo quilibet dux venetorū. singulari priuilegio siue prerogatiua coronatur. et est precij inestimabilis.

Item duo candelabra aurea et magna. decem lapides preciosos habentia.

Item cornu vnū cuiusdam vnicornis. et alias multa et varia preciosa ornamenta. opesq; infinite. de quibo nō est presentis temporis per singula disserere.

Item prope venetias ciuitas quedam est Muranū nuncupata. vbi vitra fiunt. Ibi in ecclesia parrochiali in duobus altaribo multa iacent corpora sanctoz innocentū.

Item vltra memoratā ciuitatem aliud est quoddā oppidum dorzellan appellatū. vbi in quadam ecclesia corpus sancte Cristine virginis et martyris fertur cōseruari. quod multo prius tempore in castro bulseno nō longe a viterbio quieuit. vbi et ipsa martyrium suscepit.

De reliquijs in Padua.

Dvro cum antiqua et insignis vrbs Paduana magna et populosa. modico a venetijs distet interuallo. si quempiā peregrinorū illucusq; pia traxerit curiositas. inueniet que animū suum possint oblectare. etiam reliquias preciosas. Nam sub vnius spacio noctis de venetijs illucusq; nauigio venitur.

In primis padue in cōuentu fratrum minorum: sanctus requiescit Anthonius. eiusde religionis quondam professor et obseruator precipuus. qui magnis dietim miraculis claret.

Item ibidem in monasterio sancte Justine virginis. corpus venerandū sancti requiescit apostoli Matthie. excepto capite. quod in Treueri seruatur in monasterio insigni ab eodem sancto Matthia nomen et gloriā habente apud germanos singularem.

Item in quodam altari eiusdem ecclesie corpus sancti euangeliste Luce requiescit. Et ibidē in alio quodā altari corp⁹ est reconditum eiusdē sancte virginis Justine. in cuius honore etiā ipa ecclesia est ꝓsecrata. Itē corpus sancti prosodaci epi. Item corpus sancti maximi episcopi. corpus quoq; sancte virginis Felicitatis. Item multa corpora sanctorum innocentum. Item in eo altari in quo est corpus sancti Luce. tabula quedā ingens et preciosa superposita extat. In qua venerabilis illa imago gloriose virginis marie puerum Jesum habens in brachijs: quā ipse sanct⁹ dicitur depinxisse Lucas in honore magno habetur. Fertur etiam q; quicunq; imaginem illam semel cum deuotione et cordis cōpunctione inspexerit. nunq; a visione faciei sue dulcissime. eius interiuentus separabitur in euum. Nemo tamen friuole aut temere se huic cōmittat incerte narrationi. audita enim q; credita narro potius.

Item in eadem ecclesia est corpus sancti Ulrini qui dicta sanctorū matthie et luce corpora in prefatum monasteriū deportauit. Tunq; idem sanctus dicta corpora de locis suis accepta per mare venetias transferret. rogatus a collega suo. sancto quodam viro. qui sibi adiutorio in huiusmodi fuerat corporū translatione. quatenus ei aliquā tanto de thesauro particulā conferret. caput sancti Matthie. preciosum vtiq; munus. partibus germanicis tradidit inuehendū. reliquam ipe Gazam in loco reposuit memorato. merito proinde multa habendus veneratione apud paduanos atq; deuotione. q; tantis eos opibus locupletarit.

Sequitur oratio cōmendaticia ciuitatis et dominationis venetiarum.

Cum antiquissima clarissima et florentissima ciuitas venetiarū. sancte huius peregrinationis perinde atq; terminus a quo pergentibus per mare extet et principiū. atq; hic sub aspectum cōsequenter effigietur. haud ab re fuisset fateor immo q̄decens q̄que decorū eius hoc loco amplissimas laudes. atq; singularem preter et supra ceteras ciuitates preeminentiā et prestantiā decusq; maximū. tum in potentatus magnitudine. tum in eiusdē optima administratione stilo paulo venustiori et accuratiori designauisse. Verū id hac potissimū ratione haud sum ratus necessarium. missumq; feci/q; et dicendoꝝ copia maxima est. meis nō equa sed grauiuscula viribus et humeris. nec otij atq; sciēne mihi satis. q; q; ciusce vrbis immortalis et immensa fama et gloria per se toti notissima extat vrbi. nec quēq; p sue claritudinis luce et cumulo fugere potest. Ut tū pollicito a principio ordini morigerus sim. et saltē paucis eam videri videar cōmendauisse. suapte q̄ cōmendatissimā (nam velle mihi adiacet et si perficere sit. peul) ab eius vetustate exordium sumā. hinc ad alia que occurrēt descensurus. Sane vti veteres tradunt historie. Anno ante Rhomanam vrbem cōditam. cccc. xxviij. Ante vero christi saluatoris nostri natiuitatē. Dcl xxviij. nō lōge videlicet post Troyanum decennale bellum famosissimū. troyeq; excidium. Euolutis iam a mundi exordio. Annis circiter bis millenis septingentis octoginta. hec insignis et summis eferenda laudibus ciuitas. a troyanorū reliquijs. et nequaq; a pastoribus vt rhoma) nā et in hodiernā vsq; tempestatē nobiliū industriorū et clarorum semper est ferax viroꝝ) primum fuit extructa in adriatici maris sinu. vbi hodie gloriosa cōsistit vrbs antiqua. tamq; multos dominata per annos. Diues opum. armis potens. studijs sat aspera belli. Necq; tū inficiaseo q; ipa cōplures post annos a sua primeua cōditione emensos. citā incarnati verbi annus curreret scz quasi quadringentesim⁹ sexagesimus. ciuitas ipa venetiarum a potentioribus. ac dinoribus ꝓuincijs aduenis. illuc ob seuissimā Attile tyranni (qui et dei se flagellū recte equidē cognominauit) persecutionē cōfugientibꝰ. ob loci inexpugnabilē munitionē. ampliata quidē fuit. et et parua maior effecta. q̄ eo quo dictum est tempore. humili satis initio fuerat fundata. Et pfecto dictu mirabile est. creditu q; pene difficile. atq; summo preconio dignū potuisse a tot tamq; diuersis vrbium et oppidorū populis cōditam ciuitatē. sub nō paucorū discursu annoꝝ. cum tali reipublice incremento. ac glorie splendore. vnanimiq; ciuū sagacitate et cōcordia cōseruari. sic exangeri. sic exornari deniq; vrbē. q̄ ex paruulis piscatorū tugurijs et mansiunculis

428

illic primum omnium. Trapesinorū cōsensu ciuium (qui iampridem sue subduntur di
tioni) locatis. in tantā psurrexit sublimitatē. Inq; tantū cōscendit fastigiū. vt inter notis
simas. famosissimas. et potentissimas in orbe vniuerso ciuitates. nō modo vna. sed pci
pua extet nulli fortasse secunda. Eya (vt pauloplus ipius fiat cogniu euidentior mire
dominationis potētia) q̄longe q̄late sue olim potestatis alas per immensos terre ma
risq; tractus. Dum id fata sinunt iam tum tenduq; fouetq;. Nam germanor. nō tam cō
tingit. q̄ occupat fines. et in longobardor. late se effudit regiones. vbi (vt cetera silentio
transeam que obtinet terrarū spacia) preclaras illas et egregias cū latissimis terminis
habet sibi subditas regiones et ciuitates. Paduam videlicet magnā. et sibi coetaneam vr
bem. nō tam nobilissimo pado fluuio qui eam pterfluit. q̄ archiepiscopali sede et anti
qua ac famosa vniuersitate. ceterisq; rebus ex multis insignem Vincentiam deinc. ast
Veronā. Brixiamq; atq; Pergamū vrbes. tum populosas. tum opulentas. tum pluri
mis comitatibus terrisq; finitimis viniferis. fructiferis. et vbere valde glebe/piscuosis
q; aquas superbas. Quis gardelacū magnuz et nobile vidit et nō obstupuit. vtpote qui
vndiq; fortissimis et amenissimis castris. castellis. et oppidis. et his multis circūseptus
refulget. presertim firmissimo castro pistbera munitus. et insula tutissima pulcerrimaq;
Sermione. vbi veterū adhuc latibula et cōfugia subterranea vident. In quibus q̄ lo
cus nō tam secretus q̄ fir missimus atq; defensioni aptissimus sit. se inter bellorū strepi
tus vt fertur receperūt interdum. In pontū autē fretumq;. eius rimaturus dominij am
plitudinē. si cuebaris. o q̄tum mirabere. o quorsum fereris. nam histriam mox attingit
et dalmaciā sua potestas. atq; Sclauoniam. Inde in greciāvsq; se porrigens. et Can
diam Cyprumq; regales insulas. multas inclitas maritimas possidens vrbes. et prepo
tentes insulas alias. portus et sinus quos numerare longū nimis foret. sed eos sequens
descriptio fortassis pandet magis. Credo, pfecto neq; vana fides q̄ regnū aut domini
um huic par per omnia. in mari p̄sertim. nō reperiatur vllum. vnū videlicet et solū sum
ptum toto in vrbe. Facile est venetis et parū sexcentas armatas galeas ex suo produce
re archinali. bidui dumtaxat spacio in mare. O classem insignem et terribilē hostibus.
si solo venetiano noie z signo vexilloq; fuerit illustris. Nam subvnius horule interual
lo. ducenta milia virorum expeditorum ad pugnam vel terrestrem vel naualem. omni
bus necessarijs et oportunis armis a planta pedis vsq; ad verticem munire et proui
dere possunt. ad insiliendum subito in hostes. et congrediendum animose si necesse fue
rit cum eisdem. Et quod magnum est sue argumentū puidentie. preter alias copiosissi
mas in victualibus puisiones. semper mille adminus habent in archinali suo viros: di
uersarū mechanicarū artium. et presertim faciendarū nauium scios et gnaros. armorū
q; fabros. et alios artifices perdoctos cum quibus iuniores quosdā eisdem instituen
dos artibus. cōgruis enutriunt stipendijs. ne oblīuione intercidēte. inuenta argute ars
deperire possit. Mulieres vero quinquaginta omni habent tempore p solis velis fa
ciendis. debito precio in eodem loco cōductas. Omnia vero hec ipe ego meis perspexi
oculis. que vix credidissem prius narrantibus mihi. et probaui q̄ maior est potentia et
circumspectio venetorū q̄ rumor: quem aliquādo audui Adde q̄ per singulos annos
ipa dominatio venetiana. in omnia regna et loca. quibus nauigio applicari potest suas
armatas galeas vel naues onerarias pro mercibus aduehendis. vel alijs deferēdis ne
cessitatibus transmittit. potissime sex in Alexandriā. duas in Damascum. duas in Ba
rutum. duas in Barbarorū regiones. duas in Cōstantinopolim. duas in Joppen siue
Japha. in quibus et peregrini in terrā sanctam pergūt. duas in Angliam. duas in por
tum flandrensem fluī nuncupatum. Id quoq; q̄magnificū. q̄ue maximi sui dominij
per belle ostensiuū. q̄ in omnes puincias suas et ciuitates ac terras rite administrādas
probeq; gubernandas. singulis annis ad sexcentos aut septingentos magnanimos. e
ruditos. probatos. ex pertosq; viros. venetijs natos. qui z gentiles boies suo trito et vul
gato appellantur cognomine transmittunt. quos et annue mutant. quo equa sit honorū
onerūq; distributio et par firma. iugisq; inter eos perseueret. Redeuntes autē expleto
huiusce modi pfecture tpe/potestates. aut capitanei pdicti. sue vocationis cōrā inclito

Die.xxij. Junij ex Rhodo ceptam viam per mare prosequentes. vento vehementius impellente. per golffum sancte Helene dictum nauigauimus. locum vtique periculosum. tantaque fuit maris et fluctuum cõmotio. q plerique ex peregrinis metuentes plurimum pre timore pene infirmarent. Postera vero die secundiori fruebamur vento. vnde tribo expansis velis in crastino. id est in festo sancti Johannis baptiste/regno et insule applicuimus Cipri. transeuntes per quasdã ciuitates. quarũ vna Baffa vocatur. magna quondaz et potens vt ruine eius testantur. sed hodie desolata et destructa. vbi et mansimus ipo die sancti Johannis. Ibi aer est pessimus. sicut et in tota fere insula Cipri. Ibi vestigia adhuc cernuntur egregiarũ quondã ecclesiarũ. que olim illic fuerunt sed et turrium fortissimarũ. in colle quodam in medio eiusdem ciuitatis quondã positarũ. Ibi etiaz subtus ecclesiam que antiquitus fuit ordinis fratrũ minorum. carcer quidam magnus septem foraminibus distinctus ostendit. vbi sanctus Paulus aliquanto fertur fuisse tempore: in vinculis detentus. cum ibidem euangeliũ predicaret. vna cum sancto Barnaba coapostolo sibi adiuncto. Ibidem etiam sub alia quadam ecclesia. fons quidam reperitur/bonã et haustu dulcem aquã scaturiens. que febricitantibus dicitur remedio esse et cure. pter qd et in longinquas aqua ipa terras defertur. Ibidem sub terra septẽ parue camere demonstrantur. in quibus septem quidã dormientes. nõ illi qui in monte celio: sed alij. multo iacuisse tempore referũ tur. De prefata ciuitate Baffa. in aliam etiã destructam venimus ciuitatẽ. cui vocabulũ est Piscopia. quam rex quidã Anglie cum cõperisset sorore suam Hierosolymã pergentem. ibi a rege Cipri fuisse violatam. dicitur penitus destruxisse et totam illã patriã vastauisse. Inde ad quinquaginta miliaria de Baffa. est alia quedã ciuitas portum habẽs vbi cõmuniter applicatur Limisinũ appellata. quam Soldanus quidam funditus ante tempora euertit. Ibi vbicunq effodiatur in litore maris dulcis emanat aqua. Ibi in crastino sancti Johannis baptiste. i. die. xxvi. Junij in portũ ipm venimus Cipriñ.

Est autẽ Cipr⁹ insula a Cipro ciuitate. que in ea est sic appellata. Ipa est et paphon. que quondã fuit veneri cõsecrata multum autẽ quondam fuit famosa et maxime metallis eris abundans. cuius etiam vsus primo ibi dicitur fuisse repertus. Terra est vinifera. et fortia sunt valde loci illius vina. Ciuitates habet multas et nobiles. inter quas caput et metropolis dicitur Nicosia. Terra est mari vndiq clausa. sed interius siluis/campis/pratis/vineis/et frugibo numis plena: fontibus et amnibus irrigua. et multis diuitijs. pariter et delitijs opulenta. hec insula vocatur sepius Cethim in scriptura. Spacium cuius in longũ tenet centuz et. lxxv. milia passuum. In latum vero mille passuũ centum. xxv. Caro tamẽ omina nõ est magni in ea pcij. sed neq multe bonitatis. vnde cõtingit interdum oues. xij. pro vno ẽptoran ducato Distat autẽ Cyprus a Rhodo miliaribo trecentis. Estq hodie sub vehetorũ ditione.

Die. xxvij. Junij nauigãtes de Cypro. vento satis optato. peruenimus tridui pene spacio in locum vnde sanctam pspicere terram poteramus. Qua exre: ingenti affecti letitia et exultatione. a longe eam salutauim⁹. vt par ratio erat. iocundas prumpentes in laudes atq canentes. Te deum laudamus ꝛc. cũ antiphona Salue regina. ꝛ collectis atq orationibus oportunis. paulocz post eodem die ante Japha siue Joppen venimus ciuitatẽ. modico inde interuallo. iactis anchoris galeam nostraz figentes. Hoc inde patronus ex more quosdã ex suis p salua guardia in Rama vsq Hierusalemq transmisit. ac pro patre Bardiano fratrum minorũ montis Syon. et cõductore peregrinorũ qui trutzschelmannus cõmuni vocabulo appellat. Eius rei gratia. per sex dies cõtinuos. in loco expectauimus memorato. Vbi interma: nendum alter patronus Petrus landazve dictus. cum sua galea ꝛ peregrinis fratribus nostris superuenit. et iuxta nos quantum est iactus arcus cõsedit. mittens et ipe mox p cõductu vt supra. Nos etiam infra dies quidam ex galeotis galearũ vtrarumq piscatum euntes. ac deprehensi ab infidelibus plagas pro temeritate reportauerũt ꝺdignas. In terram etiam aliquãdo descendimus cum patrono nostro in quadam nauicula. botros et vuas precoquas. aliaq necessaria a paganis cõparantes. Quinta tandem Julij

venerunt in Japha equites Soldani. qui apud eos mammoluci vocantur. habentes in comitiua sua patrē Guardianum predictū. duobus suis ordinis fratribus associatum. qui etiam litteratorium a dñis de Hierusalē et Rama ad nos pertulerūt ꝓductū. Eodem die Petrus landarve. suos ad litus applicans peregrinos. in spelūcā quandā veterem vti cōmuniter fieri solet introduxit. vbi triduo manserunt inclusi. Nos vero patroni nostri vsi prudentia et humanitate. in galea maluimus expectare. Unde cōtigit alios nostros cōperegrinos tribus vt dixīmus diebus et noctibus in spelunca manere. in qua nos nō nisi per vnā recluſi fuimus noctem. Est enim cōsuetudo paganis. vt illuc aduentantes peregrinos christianos nominatim vocant noibus patrū suorū designates cōscribant. et cōscriptos in quandā laceratā testudinē siue spelūcam veterē de qua dictum est cōtrudant. donec ipi cum patronis de pecunia ꝓ salua guardia cōueniant ꝓ suo libitu: et paciscātur. Ad ostūm aūt spelūce ꝑdicte christiani de cinctura. id est de fide sancti Pauli de Hierusalē et Rama cōuenientes merces varias venales sed et victui necessaria. puta carnes coctas. pullos. oua. panes. fructusq; et huiusmodi solent cōparare. vnde peregrini emūt quod libet. quodq; volunt.

Die. viij. Julij. omnibus nobis peregrinis asini fuerūt adducti. quibus insidētes. vsq; in Rama que ad decem miliaria distat a Japha ꝑrauimus. trium sub spacio horarū. Fuit autē Japha ante tēpora grandis ciuitas et famosa Joppe appellata. vel Japha a iaphat filio Noe qui eam construxit. et ex suo noīe eam appellauit. et fuit vt dicitur octaua inter eas vrbes. que in mundo cōtra diluuium qō noe tempore extitit fuerunt edificate. vnde et hodie vectes ferrei et magni ex quadam rupe videntur pendere. quibus naues fuerunt affixe. vbi etiam mire magnitudinis cathena quedā apparet. qua gigas quidā Adromadus noīe detinebatur captiuus. cui⁹ costa quadragintaunus pedū longitudine prenditur. vt hodie cernitur.

Cum autē ad Rama vnius iugeris spacio ꝑuenissemus. descendere de asinis et pedites ire cogebamur. singuliq; res suas in humeris portare. Quod iccirco nō parū nobis fuit molestum. q; calor erat intensus. et pulvis hincinde agitabat. Nullum ibi christianum sinunt pagani introire in asino vel equo. Ibi iterum in vetustā quandam annumerati et recluſi fuimus domū. Suntq; ibi testudinata edificia multa. et fons bonaz satis cōtinens aquā. hanc domū Philippus quondā dux Burgundie bone memorie in hospitium cōparauit peregrinorū. ac fratribus montis Syon cōmendauit. vnde et hospitale peregrinorum nominatur. De Japha associauit se nobis dñs ipe de Rama nobiscum equitando ꝓpria in persona. cum multis mammalucis. id est (vt dicit) apostatis christianis. Sed et trutzelmannus de Hierusalē nobiscū venit. habentes ambo equos pene centum. vt saluos nos cōduccerent et custodirent a paganis. et eorū filijs qui in villis et locis illis se cōglomerantes. lapidibus solent impetere peregrinos. et adeo ferociter quādoq; inuadere q; vix etiā adiuti a cōcomitantibus illesi possint peregrini ꝑterire quin et aliquādo aliquos interimunt lapidibus obruendo. sicut vni ex nostris pene accidisset. vnde periculosum valde est illud cōficere iter de Japha vsq; Rama ob huiusmodi insidias. et insultus paganorū. Est autē in Rama estuariū quoddā siue balneum miro ingenio et modo edificatū. quattuor inclusum turribus. quod desubtus ex fornace per pauimentū stratum pulchro et a vario marmore calorem transmittit. Hansim⁹ autem in Rama per triduū. hac ꝓpedii occasione. quia duo dñi pagani capitanei in se inuicem versi cōpugnabāt. quorū vnus Amor cognominatus. albo vtens vexillo decem et octo suoz amisit clientum. Alter vero Maballeus vocatus. rubeū ferens vexillū victoria potitus. obtinuit triumphum. qui et ductor noster fuit et custos.

Die nona Julij iussu et dispositione Bardiani. vnus ex fratribus eius missaz in Rama coram nobis celebrauit. qui vbi ad offertorium venit. cōuersus ad nos: informationes nobis dedit de modo nos habendi in terra sancta. subiectas nobis tradens regulas. lingua latina. italica atq; germanica. Ita inquiens. Dilectissimi in christo Jesu necessarium vobis scitu indicans. vos facio auisatos de quinq; articulis bene cōsiderandis. ne frustra tantis laboribus et sumptib⁹ hucusq;

veneritis peregrinatum.
Primus articulus est. si qui inter vos essent. qui absq; summi pontificis licentia huc loci venissent. ac per hoc excōmunicationis sententiā incurrissent. sciant apud nos et presertim patrem nostrum Gardianum auctoritatē summi pontificis quo ad hoc esse. qua ab huiusmodi sententia possint absolui. Et si idem pater noster a quoq; vestro sup hoc fuerit requisitus siue rogat⁹. ipam animo volenti cōmunicabit auctoritatē. vnde gaudete. sed et ob id maxime exultate. q hāc a deo gratiā estis psecuti. vt has sacratissimas terras. in quibus salutē nostrā ipe oīm saluator operat⁹ est. visitare perq lustrare possitis.
Secundus articulus est. vt veram et indubitatā christianismi fidem vnusquisq; habeat peregrinorū. alioquin frustra venisset.
Tercius articulus. vt puram habeat cōscientiam. et verā peccatorum suorū cōtritionē atq; propositum in antea cauendi.
Quartus. vt quanta potest seipm excitet deuotione ad videndum et perambulandū ipa sacratissima loca.
Quintus articulus est. q; vnusquisq; sibi precipuo studio caueat. ne super paganorum vllq; gradiatur sepulchra. aut ea cōtrectet calcando. quia id molestissime ferunt. immo si vllq; fieri viderent: periculum vobis vite immineret. His ita dictis et traditis monitis. idem frater cepta misteria sacra prosequebatur. Finita vero missa. vnusquisq; in suā se recepit societatē et mansionem. morq; christiani de cingulo. id est de fide sancti Pauli. coctos nobis afferebant cibos venales. Vinum autē nemo ibi potest comode habere. nisi de galea ipe attulerit secum. Die itaq; illo quia dñica erat quieuimus ibi.

Consequenter cōsiderandum venit deuotis peregrinis. quante indulgentie et remissiones loca sacra visitantibus. Primū omniū a papa Siluestro ad instantiam Constantini christianissimi imperatoris. ac sancte Helene matris sue sunt pceste. et deinceps per successores eius summos pontifices cōtinuate et confirmate.
In primis vniuersis et singulis christifidelibus hanc peregrinationē transmarinā subeuntibus. cōtritis et cōfessis. et ob huiusmodi cōsequendas gratias illuc aduentantibus mox vt galeam egrediuntur. et sanctā cōtingunt terram. omniū peccatorū suorum remissio (vt dici solet) a pena et culpa vigore indulgentiarū apostolicarū est cōmunicata.
Item in eo loco cōmuniter peregrini sancte applicant terre. Jonas prophete nauim intrauit. vt fugeret a facie domini in Tharsis. vt habetur Jone primo. Item in Japha q et Joppen dicitur. princeps apostolorum Petrus Tabitam resuscitauit. vt in actibus legitur apostolorum.
Inde nō longe locus est vbi sanctus Petrus piscationis officio vacabat. vbi et indulgentia est septennis et totidem carene.
Item de Rama per viam pcedendo. ad aliā quandā venitur ciuitatē ad duo miliaria. q et Lidia dicitur. vbi vsq; in hodiernū diem eccles ia quedā est in honore sancti Georgij martyris dedicata. vbi et ipe suū celebrauit martyriū. capite truncatus. In eodē oppido sanctus Petrus Eneā paraliticū sanauit. et est ibi indulgētia septēnis et totidē carene.

Exiuimus aūt de Rama die. xi. Julij circa horā noctis secundā. et ascendim⁹ Hierosolymā in asinis nostris. Distat aūt Hierusalem a Rama triginta miliaribus italicis nō paruis. Eundo vero de Rama ad manū dextrā. est castellum Emaus ex euangelio satis notū. distans a Rama ad miliaria viginti. ab Hierusalē vero stadijs. lxxx. vbi et Cleophas vnus ex. lxxij. discipulis christi requiescit. Illic ppe oppidū est sanctor. machabeorū Modon appellatū. vnde originem traxerunt. et est ibi indulgentia sep.
Inde nō longe versus Hierosolymā in cuiusdā montis cacumine. sanctus pphet⁹ Samuel est sepult⁹. Quibus his in locis pfatis ē indulgētia septē annor. et totidē carenar. Ibi prope ad dexterā est villa Ramatha. vnde Samuel fuit oriundus et Joseph ille de Arimathia. cuius fuit monūmentū illud nouum excisum in petra. quo sacratissimū christi corpus reconditum fuit.

De ingressu in Hierusalem.

Multa quidē sunt loca sacra in ciuitate sancta Hierusalē. nec dies sufficit vna ad pa grandū singula. Inter ea tñ dñici sepulchri templū obtinet principatum.

Die igitur memorata. xi. Julij. hora sexta post meridiē in sanctā venimus ciuitatem Hierusalē. descendentes vt iustum est de asinis nostris. et pedib ilam ingredientes. in cuius introitu plenaria est remissio omniū peccatorum. Nec aliquis peregrinorū illic permittitur equitare.

Primū autē omniū p̄cessimus et venimus ante dñici sepulchri templū gratia indulgētiarum cōsequendarū. Inde in hospitale ducebamur peregrinorū. Ego vero cum confratribus meis qui mecū per mare venerant domū intrauimus Galini minoris. iuxta hospitale predictū. qui vt cōmuniter interpretis fungitur officio. et cum peregrinis ad sanctā p̄ficiscitur Katherinā. hic assignata nobis camera hospitio suscepit. vbi die illa quieuimus. longi itineris fatigati cōfectione.

De locis sacris que sunt inter hospitale peregrinorum et montem Syon inclusiue.

Cras tino aūt id est. xij. mensis Julij. que et dñica erat. cōuenientes in vnū oēs peregrini in montē ascendimus Syon. in via intermedia quedā nihilominus loca sancta visitantes. Et primū in eum venimus locū. vbi iudei corpus gloriose virginis Marie quādo ab apostolis in vallē Josaphat ferebatur: sepulture tradendū. vi conabant afferre. Inde mox illū accessimus locū vbi sanct⁹ Petrus post trinā negationē suā. egressus foras atriū Cayphe: speluncā quandā intrās amarissime flenit. Paulo post ecclesiā intrauim⁹ sanctorū angelorū titulo prenotatā. vbi quondā domus fuit Anne pontificis. in quā xp̄s dñs de monte oliueti primū ductus. grauē pertulit iniuriā. alapa sibi a ministro in faciē data. Inde in aliā p̄rauimus ecclesiam. ad sanctū Saluatorē appellatā. vbi quondā Cayphe domus magna et angularis stetit. in qua et dñs noster christus illusus fuit. et velatus. facieq; p̄cussus. ac tota nocte grauiter afflictus. vbi etiā ostendit locus angustus. in quo xp̄m recluserūt donec cōsilio inito. seniores iudeorū quid de ipo faciendū esset deliberarunt. Et appellatur locus ille carcer dñi. Et quanq; id in euangelijs nō reperiat expressum. qr nō oia scripta sunt que circa christum cōtigerunt. tñ p̄pter loci illius existentiā et testimonia q̄ de hoc perhibentur. nemini id absurdū videat tanq; a veritate alienū. Ibi etiā est lapis ille magnus valde. quē ab angelo legimus reuolutū a monumento. et est hodie mensa altaris magni in ecclesia supradicta saluatoris. Ibi in curia que est ad sinistrā. est arbor quedā lapidibus circūdata. vbi ministri iudeorū et Petrus cū eis calefaciebāt se ad ignē. Exeundo aūt de dicta curia in plateā ad manū dexterā. est lapis quidā in angulo: q̄ in loco virgo maria stetit. qñ ꝑ⁹ flens amarissime. exiuit de atrio principis sacerdotū. vnde p̄ fletu nec virgini gloriose de filio inquirēti potuit rñdere. Ibi etiā ipa bñdicta virgo auida scindi de filio expectabat vsq; mane. qñ vinctū cū duxerūt ad Pilatū p̄sidē. quo et cū se quebat ipa mestissima haud dubiū mater Inde ad modicū spaciū. quedā desolata apparet ecclesia lapidib⁹ dumtaxat circumsepta. in qua gloriosa virgo post mortem filij sui xiij. annis vsq; in diem assumptōis sue morā traxit. et est ibi remissio omniū peccatorū. Nec ex defectu aut culpa fideliū cadē ecclesia sic manet neglecta. sed q: pagani in eodē loco edificari nō patiunt. In oibus vero supra memoratis locis et singulis est indulgētia septennis et totidē carenis. Ibi ꝑpe iuxta locū vbi virgo maria mortua fuit et assumpta in celū. est vestigiū cuiusdā capelle. que quondā ibi fuit. in qua sanctus Johannes euangelista tanq; virginis gloriose capellanus. eidē post christi ascensionē sepenumero missas celebrauit. apparetq; ibi pars quedā illius lapidis. sup quē idem diuina misteria perfecit. Ibi etiā locus ostendit vbi sanctus Matthias in apostolū loco Jude fuit electus. et est locus ille lapide rubeo designatus.

Inde pergendo in montē Syon prope ecclesiā est locus vbi virgo beatissima suas dictum deuotissimas p̄soluit orōes. Ibi etiā duo lapides demonstrant. in quor altero xp̄s suis predicans discipulis seorsum sedebat. In altero vero mater sua dignissima sedens

audiebat verbum illius. Sub ecclesia vero mōtis Syon partim. et partim extra est locus sepulture pphetarū et regū Israel. puta Dauid Salomonis et reliquorū. Quorū hec sunt noīa. Roboā. Abia. Asa. Josaphat. Jorā. Ochozias. Athalia regina. Joas. Amasias. Ozias. Joathan. Acham. Ezechias. Manasses. Amon. Josias. Joacham Eliachim. Jechonias. Sedechias. qui tamen nō omnes eodē sunt loco sepulti. vt patet in scriptura sacra.

Ad hmōi sepulchra regū hodie xpiani nequaq̄ sinunt introire. Sed sarraceni qui locum illū colunt et venerant muschkeā. id est ecclesiā siue capellā sibi illic cōstruxerunt. Quē in locū cum ego et quidā ex cōfratribus meis nobilib⁹ descendissemus. nisi quia dñs adiuuit nos paulominus a paganis imprimisse aduenientib⁹: interempti fuissemus Inde nō longe est locus ille. vbi secūdo sanctus pthomartyr Stephanus sanctus Gamaliel Pauli apostoli informator. et Abibas filius eius. Nicodemus quoq̄ fuerūt tumulati. Ibi etiā ppe locus demonstrat qō tunc erat cenaculū grande vbi discipuli paraverunt pascha xpo iubente. vbi scs agnus paschalis quē in vltima cena christus cum discipulis comedit dicit fuisse assatus siue igni coctus. Vbi etiā aqua illa fertur calefacta. cum qua discipulorū suorū dñs pedes lauit.

Illic in primo est locus vbi dauid penitentiā agēs p occisione Urie. quē in bello in acie vt interficeret iusserat cōstitui. septē psalmos quos penitētiales appellamus. spiritu haud dubiū revelante diuino dictauit. vbi mō Indiani claustrū sibi fecerūt. Omnibus his in locis supra assignatis est indulgētia septennis cum totidē carenis.

Quibus peragratis. in monasteriū intrauimus montis Syon. vbi satis pulchra et testudinata est ecclesia. eratq̄ ob nostrū vt reor aduentū accuratius solito pparata et ornata pciosis tapetijs parietibus affixis et alijs ornamentis. que dux quondā Burgundie Philippus vna cū annuo mille ducatorū sub sidio dū vixit. p sua ad loca illa cōtulit devotione. ac fratrū inibi deo famulantiū sustentatione. Quod et filius suus Karolus dū fuit in humanis etiā fecit. Nam et successor eius modernus dñs illustrissimus atq̄ victoriosus dux burgundie Maximilianus. ipm idē suorū imitat exemplū predecessorū. Dor illuc ingressis nobis peregrinis. solenne officiū misse fratres ipi celebrauere. quo expleto sacris omnes induti ornamentis. pcessionē quanda fecerunt. quā nos ex more sequebamur. Ducebāmur autē inter pcedendū ad hec loca.

Primū ad locū vbi nunc est altare maius. vbi xps cum discipulis suis vltimā cenaz fecit. et post agnū typicū corpus suū instituit in sacramento. a suis deinceps sumendū. simul et sanguinē suū pciosum bibendū. Ibi est remissio plenaria oīm peccatorū.

Ibi prope ad dextrū cornu altaris supradicti. est locus vbi christus discipulis suis pedes lauit.

Deinde venimus in locū extra chorum vbi spiritus sanctus in linguis igneis die penthecostes super discipulos venit.

Ibi subtus est capella illa de qua supra habitū est. in qua vicz est regū et pphetarū israel sepulchrū. in quod per fenestraz quandā introspeximus. nam ingredi nemini licet christiano. phibentib⁹ paganis. In ipo loco iterū plenaria est remissio.

Inde paululū pgressi. venimus in locū vbi christus post resurrectionē suā discipulis suis ianuis apparuit clausis. et post octo dies dū iterū essent discipuli cōgregati et Thomas cū eis. iussit thome inferre digitū suū: et manus afferre et mittere in latus suū vt Johannes scribit. Ibi est indulgētia septēnis cū totidē carenis.

Finita pcessione inuitati fuimus a Gardiano et fratrib⁹ illius vt est de more manducare cū eis. p quo et alijs eorū officijs et obsequijs nobis crebro et humaniter exhibitis. refusionē sponte pria fecimus cōdignam.

Deinde redeuntes ad hospitiū nostrū. in via quandā intrauimus ecclesiā quā Jacobite inhabitāt. quo in loco Herodes sanctū fecit decollari apostolū Jacobū maiorē. Ibi iterū est indulgentia septennis cū totidem carenis.

Inde nō longe est locus vbi xps post resurrectionē suā marie magdalene et alijs devotis mulieribus apparuit in via. quādo de monumento venerunt. dicens eis Auete. que

accesserunt et tenuerunt pedes eius. vbi iterum est indulgentia septennis.
At quia nocte subsequenti in templū dominici sepulchri eramus intromittendi iuxta veterem cōsuetudinem paululum nos dedimus quieti. in hospitali manentes prefato ad paucas horas.
Et nota q̄ ciuitas Hierusalē sita est in loco multum eminenti. et de ea videtur tota Arabia et mons Abarim et Nebo. et phasga planicies Jordanis et Jericho et mare mortuum vsq̄ ad petram deserti. Nec vidi ciuitatē siue locum qui pulchriorem habet prospectum. Ad ipam autem ascenditur ab omni parte. quia sita est in loco altiori qui est in terra illa preterq̄ Sylo que distat ab ea per duas leucas.



De ingressu in templum dominici sepulchri. et pcessione inibi facta ad loca sacra.

Die xij. Julij hora vesperarū in ipm venerandū dñici sepulchri templū a paganis id est rectoribꝫ ipiꝰ ciuitatis sancte Hierosolyme fuimꝰ admissi et numerati. ostijs p eos aptis. p qua re vnusquisq̄ nostrū quinq̄ exoluit ducatos nec vnq̄ alias hoc aperit templū ab eis. nisi vel pter aduenientes pegrinos vel fratres mutandos qui ibi p custodia deputant. Horaq̄ nobis intromissis templū clauserūt. Intrauerūt aūt nobiscū Gardianus ipe et plures suoꝝ cōfratrū. Quāprimū

autē devotus quisq; christianus vel peregrinus in templū hoc pedem posuerit. plenā riam cōsequitur remissionem.

Est aūt hec dispositio templi eiusdē sacratissimi. Ecclesia ipa rotunda est. et habet per diametrū inter columnas. lxxiij. pedes. absidesq; q habēt per circumitū a muro exterio ri ecclesie decē pedes sup sepulchrū dñi. sup quod in mediū eiusdē ecclesie est apertura rotunda ita vt tota cripta sancti sepulchri sit sub diuo. Galgathana aūt ecclesia adheret isti. et est oblonga loco chori ecclesie sancti sepulchri aduncta. sed parū dimissior. sunt tñ ambe sub vno tecto. Spelunca in qua est sepulchrum dñi habz in longitudine octo pedes. in latitudine similiter octo vndiq; tecta marmore exterius. sed interius est rupes vna sicut fuit tempore sepulture. Ostium ad hanc spelunca intrat ab oriente demissum valde et paruū. Tumba vero sancti sepulchri est ad dexteraz intrantis iuxta parietē ad septentrionē de marmore grisei coloris. alta a supficie pauimenti tribus palmis. longa pedib; octo. sicut est interius ipa cripta siue spelunca. et ex omni pte clausa nec lumē po test haberi intrinsecus ab extrinseco. q; nulla fenestra est mittens lumē intus sed pendēt nouē lampades sup sepulchrū dñi ministrantes lumen intus. Alia etiā spelunca est an te spelunca istā scz sepulchri eiusdē longitudinis et latitudinis ; dispositōis int⁹ et extra et vident iste due extra existenti esse vna. sed cū interius fueris videbis eas ab inuicē pa riete p mediū separatas. Intrat aūt prima ista et deinde alia in qua est sepulchrū. in istā exteriorē intrauerūt mulieres qñ dicebāt. Quis reuoluet nobis lapidē ; Et iste lapis erat aduolutus ostio spelunce interioris et iacet hodie magna ps eius ante ostiū spelun ce interioris. cui fuerit aduolutus in medio istius. Alia ps eius translata est in montem syon. p lapide supponēdo altari quē etiā ibi vidi. Mons caluarie in q̄ dñs crucifixus est distat a loco sepulchri p septingētos pedes. et ascendit ad locū vbi crux infixa fuit rupi decē et octo pedes a supficie pauimēti ecclesie. scissio petre eiusdē in qua crux fuit fixa. tante capacitatis est vt caput hoīs recipiat. Nā ego in ea imposui caput meū et descen dit longitudo eius de loco crucis infixionis vsq; ad pauimentū ecclesie inferi⁹ post de cem octo pedes. et color sanguinis dñi nostri Jesu xpi apparet hodie in ipa scissione pe tre. et scissio ipa erat sub manu ei⁹ sinistra. Altare etiā edificatū est iuxta eundē locū ma nus sinistre valde decorū et pulchrū. De marmore pauimentū hui⁹ capellule stratū est totū et parietes de marmore sunt tecti ; ope musino decorati de auro purissimo. Locus vero in quo crux fixa est. est fossa pfunda duabus palmis et ita capax q; in ea posui ca put meū. De caluaria ptra orientē viginti quattuor pedib; est altare quoddā sub quo est pars columne. sup quā dñs fuit flagellatus illuc translata de domo pylati. et sub lapide altaris est tecta ita vt a fidelibus possit tangi et videri et osculari. Est aūt de lapide por firico subnigro habēs maculas quasdā rubeas naturaliter. quas credit vulgus tinctu ras esse sanguinis Jesu christi. Alia pars columne dicit translata esse in Cōstantinopo lim. De altari columne huius cōtra orientē ad decē pedes. descendit p gradus quadra gintaocto. ad locū vbi ab Helena fuit crux inuenta. Et est ibi capella. et duo altaria lon ge infra terrā. Ille locus in quo crux fuit defossa videt mihi fuisse vnū de fossatis ciuita tis. in qō cruces depositis corporib; misse fuerūt. et desup sordes ciuitatis portate do nec per Helenā loco mūdato crux est inuenta. Prope ciuitatē eni erat loc⁹ passionis. et ortus in loco illo. Locus vero vbi stetit beata virgo cū mulieribus alijs iuxta crucē non fuit sub ipo brachio crucis ad aquilonē sicut volūt quidā. sed ante faciē filij fere ad oc cidentē. Monstrat eni locus stationis eius ptra faciē filij pendētis in cruce sub monte et rupe. in qua crux fuit fixa. et veneratioi habet a fidelib;. quē locuz etiā pluries vidi. Ipe etiā xps in cruce pendens faciē vertit cōtra occidentē vt volūt quidā. qō ptz ex eo. q; vorago illa magna de qua dictū est supra. q̄ fuit ab occidēte p fossata ciuitatis erat re tro crucē. et in ipa erat crux piecta ; postmodū inuēta. vt dictū est pauloante. Multa al taria sunt in ecclesia ista et decēter. posita et ornata. Ante ostiū occidētale huius ecclesie foris. est locus vbi maria egiptiaca orans ante imaginē beate virginis cū diuinitus re mota fuisset volēs intrare templū cōsolationē p responsuz beate virginis recepit. Reliq; loca tēpli huius q; p noctē hāc pcedentib; fratribus minoribus et demōstrantib;. pcessio naliter circūeuntes. deuote visitauim⁹ sunt hec vt magis in specie explicent.

In primis capella dñici sepulchri de qua iam habitū est.
Deinde capella quedā in honore virginis gloriose Marie cōsecrata quā Bardianus et fratres sui ingressi sacris se vestibꝰ inducrūt. et iterū solennē pcessionē cū letania inchoauerunt quos nos sequebamur eucstigio. ad summū altare eiusdē capelle accedentes. Est enī ibi locꝰ ille vbi xps primū oim sue dilectissime post resurrectōz apparuit matri. Item in eadē capella est frustū quoddā siue ps columne ad quā xps ligatus fuit in domo pilati flagellatus. et est indul. ibi ple. ꝛc̄. Aliud quoddā eiusdem columne frustum equalis magnitudinis est Rhome ad sanctā Praxedē. Item aliud simile frustū est Ingedumi in ecclesia maiori. Item aliud est altare in dicta capella ad sinistrā maioris altaris. vbi longo tpe sancta crux stetit integra et tota postq̄ a sancta Helena fuit inuēta. Estq̄ ibi pars quedā eiusdē sancte crucis reseruata. Ibi est indul. septen. Item in medio illius capelle est lapis quidā rotundus ex marmore. et est ibi locꝰ vbi dñica crux superposita cuidā mulieri defuncte per eius resuscitationē a ceteris fuit discreta. que ibi etiā reperte fuerunt. et est ibi indulgentia septennis.
Item ipam egressi capellā duos alios ex marmore reperimus lapides albos et rotundos. in quoz altero est locus vbi xps post suā resurrectionē apparuit marie magdalene in specie ortulani. in altero vero locus vbi ipa stetit quando noie suo vocata respondit. Raboni ꝛc̄. Ibi iterū est indulgentia septennis.
Inde pcedendo in templo. aliā quandā intrauimus capellā in rupe quadā edificatam. vnū habentē altare dumtaxat. ibi est locus ille vbi christus mansit detētus donec crux sibi pararetur. Ibi iterū indulgētia est septennis ꝛc̄.
Inde ꝓpe alia est quedā capella vnicū habēs altare. ibi est locꝰ ille vbi crucifixores xpi diuiserūt sibi vestimēta sua. sortē mittētes sup ea. Et est iterū septēnis indul.
Inde per triginta gradus lapideos. in aliā quandā descendimus capellā sancte Helene titulo p̄notatā. vbi etiā ipa suas exegit deuotōes ibi manēs post sancte crucis inuentionē. Ibi etiā est locus quē ipa fecit effodi vbi sancta crux latebat. et fuit ibidē prī indulgentia septēnis dūtaxat. sed Sixtus papa. iiij. dedit ibidē plenariā remissionē ꝛc̄.
Inde adhuc p vndecim gradus descendimꝰ in rupē quandā. et est ibi spelunca viginti duos in longitudine habēs pedes. et illic crux sancta. lancea q̄z et clauiq̄ corona spinea reperta fuerūt. anno post xpi passionē tricentesimoseptimo. et est ibi plenaria remissio ꝛc̄. Ex hoc vero lacu ascendimus. atq̄ pcedendo accessimus ad quoddaz altare in templo. sub quo lapis quidā est ad modū columne. sup quē xps sedit i ptorio pilati. qñ fuit coronatus spinea corona. derisus et oblitꝰ sputis ꝛc̄. et est ibi indul. sep.
Inde adhuc ascendētes per gradus decē et octo. in montē venimus Caluarie. vbi xps fuit crucifixus. et est ibi pulchra quedā capella testudinata. et sunt ibi semp. xi. lampades ardentes. eo q̄ locus valde sit sacer et venerabilis.
Ibi etiā est foramen in quo crux stetit in petra excisum. habēs triū palmaꝝ pfunditatē latitudinē vero hodie nōnisi palme vnius. eo q̄ lamina quadā cuprea circundatū sit ne aliq̄d inde subtrahi possit. Ibi etiā spacio septē palmarū de loco sinistri brachij xpi pendentis in cruce. et scissura magna in petra ita vt homo in eam possit locari. q̄ scissura per ipam petrā vsq̄ subtus terrā facta fuit: xpo moriente in cruce. Ibi etiam gloriosa virgo Maria. sanctus Johannes. et sancta maria magdalena vna cū ceteris sanctis mulieribus steterūt. paulo inferius tpe xpi passionis et mortis. et est ibi plenaria remissio ꝛc̄.
Sub monte caluarie descendendo ad sinistrā est alia quedā capella in honore virginis marie et sancti Johānis cōsecrata. in loco golgatha dicto. vbi etiā p̄dicta videt scissura descendēs a sursum vt dictū est per petrā totā vsq̄ infra terrā deorsum. Ibi etiā inuentum fuit caput ꝓthoparentis nostri Ade. et est ibi indulgētia septennis ꝛc̄. Hec cū pcessione descendit vsq̄ ad illū locū. De mōte vero caluarie ad locū illū pcessimus albo quodā lapide designatū. vbi virgo maria mater dolorosa sedit. habēs in gremio mortuum filij sui corpus depositū de cruce. mox sepulture tradendū. et est ibi ple. remissio.
Tandem cum pcessione in supra memoratā venerabilē intrauimus capellam. amplā et rotundam. in cuius medio gloriosum est dominicū sepulchrum. et lapis ille quo ipsum sepulchrum claudebatur est in ecclesia sancti Saluatoris. vt supra est habitum. Sunt

autē in dñico sepulchro. xvij. lampades semp ardentes. et ante sepulchrū vbi est quasi quedā paruula capella semp tres habent accense lucerne. et est ibi plenaria omniū peccatorū remissio.

Inde egressi reuertebamur in priorē capellam virginis marie honore celebrē. et vnde initium huius fuit processionis. ibi et finis.

Postea ipa finita processione. quisq corpus suū cibo et potu reficiēs. per reliquā noctis partē iuxta votū suū et libitū ibat hincinde ad loca sacra intra templū visitatū. Et deputatis cōfessoribꝫ cōfitebant singuli peccata sua. illucescente die in aurora cōmunicaturi. Erat aūt dies hec. xiij. Julij. quādo sub missa solenniter cantata in monte caluarie peregrini cōmunicabant. Ego vero vna cum nobilibus comitibꝫ ⁊ baronibus in nocte ipa intra dominicū cōmunicauimus sepulchrū ⁊c.

De egressu ex templo dñici sepulchri et locis alijs sacris intra Hierusalem.

Is omnibus peractis orto iam sole et clarius refulgente die vicz terciadecima Julij. apertis templi ostijs per paganos qui nos intromiserāt euocabamur. exeuntes ergo vidimus sepulchra christianoꝝ regū versus meridiē in templo vicz regis Melchisedech. et regis Ezaldani. Item ducis Gotfridi de bulion primi regis Hierosolymitani. cui septē alij in eodē regno immediate successerūt qui et ibi sepulti sunt oēs honorifice satis. Quippe qui Hierosolyma et terra sancta recuperata glorioſis clarueruūt victorijs et triumphis. regnū ipm Hierosolymitanū ereptum de manibus perfidorū per. lxxxviij. annos. et. xix. dies successiue administrātes. donec sub eorū vltimo videlicet Guidone iterum inditionē redactū fuit vt hodie est saracenorum vt infra latius patebit.

Item in templo in medio chori quidam ostenditur lapis modicū elevatus a terra. rotundum habens fozamē. latitudinis palme vnius. vel paulominus. vbi dicitur esse centrum habitabilis terre.

Sunt etiam intra templum diuerse hominū nationes. in locis hincinde distinctis habitantes. habentes alios et alios ritus et mozes. atq observationes ac cerimonias dispares prorsus. qui omnes se christianos gloriant. pluribus tamē inuoluti erroribus et hereſibus. de quibus plenius infra disseremus. Sunt autem ante templū tres capelle. quarum prima in honore omniū angelorum. altera sancti Johannis baptiste. tercia marie magdalene est cōsecrata. et est in qualibet earum indulgentia septennis cum totidem carenis.

Item prope templum retro montē caluarie. petra quedam lata ostenditur. super quam dicitur Abraam filium suum Isaac voluisse immolasse. et illic prope est oliua quedam peruetusta. in qua Abraam circumspiciēs. vidit arietem herentē cornibus. quem accipiens. ad iussum angeli immolauit loco filij sui Isaac.

Inde nō longe in muro templi monstrat altare immuratū. sup quo Melchisedech obtulit sacrificiū suū. pfigñās qñq per christū. verū illic sacrificiū in cruce offerendū.

Item ante templū ad decē passus. est lapis quid ā positus in signū q christus ibi crucē baiulans. pre amentia et debilitate cecidit in terrā sub cruce. alius quoq lapis ostendit prope murū qui adhuc sanguinis christi vestigia et insignia prefert.

In crastino id est die. xiij. Julij. sacra visitauimus loca. precedentibus et ostendentibꝫ nobis Gardiano et aliquibus fratribus eius. audita prius missa in hospitali sancti Johannis. itaq pcedentes per viam illā longā. per quā et christus de domo pilati vsq ad crucifixionis locū ductus est. ad subscripta ex ordine deuenimus loca.

Item ad domū sancte Veronice que ad passus quingētos et quinquaginta distat a domo pilati. vbi ipa eius peplo imaginē facici sue impressit q hodie rhome habet.

Item ad domū diuitis epulonis qui sepultus est in inferno.

Item ad quoddā biuium vbi multe mulieres stabant. que dominū lamentabant dum duceretur ad mortē. quibus et dixit. nolite flere super me filie Hierusalem. sed sup vos ipas flete et super filios vestros.

Item ulterius ad quoddā biuiū. vbi est locꝰ in quo iudei angariauerūt Symonē cyrenēū

venientem de villa vt tolleret crucem post Jesum.
Item ad locū vbi beata virgo stetit qñ filio suo obuiauit crucē portanti. vbi [illegible]
dolore [illegible] In eodē loco sancta Helena ecclesiā quandā edificauit. que
omnino desolata hodie cernit et destructa. Nec tñ aliquis paganoꝝ in eodē loco edifi-
care pt. diuino vt credit miraculo. nam id sepius attentatū est: et semp cōpertum q̄ nul-
la ibi potest manere structura.
Item ad quandā stratā siue vicū. vbi arcus lapideus stat superpositus vie. sup quē duo
vident lapides albi ⁊ lati. in quoꝝ altero xp̄s stetit qñ morti fuit adiudicatus. In altero
vero pylatus quādo in eum sententiā tulit vt crucifigeret.
Item ad domū pylati in qua xp̄s fuit flagellatus. ligatus. pcussus. coronatus. et multis
alijs iniurijs et obprobrijs affectus. nec aliquis peregrinoꝝ in domū illā intromittit.
nisi forte ex gratia et fauore speciali. et seorsum atq; occulte. quo mō et ego cū paucis no
bilibus intrare fuimus pmissi pecunijs datis.
Item ad domū Herodis q̄ est ad sinistrā iam dicte dom⁹ pylati ascendēdo. in quā xp̄s
inductus herodi fuit p̄sentatus. et a iudeis accusat⁹. ac tandē ab herode sprectus. et veste
alba indutus. Et est ibi scola puerorū infidelium. Item ad domū in qua marie magda-
lene dimissa fuerunt peccata.

De templo Salomonis.

Item ad locū vbi forinsecus vidim⁹ templū Salomonis. ope rotundo. et greco labo-
re fabricatū. altū valde et amplū. plumboq; tectū magnis sectis et politis lapidib⁹ edifi
catū Sup ambitū illius templi eclipsim lune posuerūt pagani. sicut solēt facere in suis
ecclesijs cunctis. in quarū ingressu cōuter dimidiā locant lunā. Et est ante templū illud
quedā lata planicies marmoreis lapidib⁹ strata. Prope illud templū est quedā lōga ec-
clesia. plumbo desup tecta. quondā dicta porticus Salomonis. ſz dū Hierusalē sub di
tione fuit xp̄iancꝝ. ecclesia ipa a beata virgine maria nomē fuit sortita. ita q̄ templū ma
rie virginis vocabat. et habēt in eo Sarraceni octingentas lampades semp ardentes.
In templo vero Salomonis septingētas. Plā ⁊ porticus in magnitudine templū Sa
lomonis excedit. Juxta illud templū modernus Soldan⁹ nouā edificauit ecclesiā siue
muschkeam. in qua et ego fui ipa die sancte Praxedis virginis. et semp. lxxxviij. lampa
des in ea habent accense. Estq; mire magnitudinis ecclesia ipa. Sub ipa ecclesia beate
virginis q̄ et porticus dicit Salomonis est structura quedā subterranea. mirabilis et
lata. sic q̄ sexcenti equi comode ibi possent locari. Hanc ecclesiā inhabitāt pagani. nec
facile permittūt christianos introire.
Item Sarraceni templū Salomonis in magno habēt honore. nullas in eo immun-
dicias sustinētes. Plā et nudis pedib⁹ illud ingrediunt. et rupem sanctā appellāt nō tem
plum dñi. et id hac rōne. qz in medio illius templi rupes est quedā pua. ferro vndiq; can
cellata. et sicut nobis retulerūt apostate xp̄iani. quos nos mammelucos cognoiamus.
nullus sarracenoꝝ aut infideliū eidē rupi aliquatenus audet vel p̄sumit appropinquare
Veniūt tñ ipi a longinquis ptibus/rupem illā deuote visitantes. Multa enī magna mi
rabilia in rupe illa legunt facta.
In primis nāq; Melchisedech sacerdos dei summi sup eā panē obtulit et vinū. Item
iuxta illā Jacob patriarcha dormiuit. viditq; in somnis sup eā scalā stantem. cui⁹ sum-
mitas celū tangebat. et angelos ascendētes et descendētes per eā. Item dauid, vidit sup
eam angelū dei babentē gladiū euaginatū. Item sup illā sacerdotes templi holocausta
poncbant. que ignis diuinus totaliter absumpsit.
Item in illā rupē fertur Jeremias ꝓpheta arcā federis miraculose inclusisse tpe captiui-
tatis Babilonice. et dixisse spiritu ꝓphetico. locus iste manebit incognitus donec mise-
rebit dñs populo suo. Hinc arbitrant multi arcā eandē adhuc ibi esse inclusam.
Item sup illā rupem xp̄s fuit oblatus qñ Symeon iusius accepit eum in vlnas suas.
Item sup eandē ipe Jesus adhuc duodennis sedit in medio doctoꝝ audiēs ⁊ interro-
gans eos. atq; postmodū cū esset triginta annoꝝ. sepius sup eā sedēs/populo p̄dicauit.
De ipo templo Salomonis multa egregia refert scriptura. que nō est necesse hic p̄ sin-
gula explicare.

Deinde venimus ad portam sancti Stephani per quã ipse eductus nõ longe ab ea fu-
it lapidatus. Ibi etiam videtur locus vbi sanctus Paulus tunc quidem Saulus stetit
quãdo iudei Stephanũ lapidantes. vestimenta sua deposuerunt secus pedes eius.
Ibi etiam porta aurea fuit nobis demonstrata. per quam christus in die palmarum se-
dens in asino Hierusalem introiuit. Nec aliquis christianorum accedere eam propius
permittitur. sed quicũq; peregrinorũ illam prospiciens versus eam orauerit. omnium
peccatorũ suorum plenariã cõsequitur remissionem.

De descensu in vallem Josaphat.

Hinc in vallem Josaphat descendimus ad torrentẽ Cedron. qui estiuo qui-
dem tempore aquis caret. sed verno tempore et pertim circa tempus quadra
gesimale copiose illis abundat. Pontem habet lapideũ in eo loco quem san-
cta Helena cõstrui fecit. vbi lignũ illud iacuit ex quo crux christi facta fuit.
Dicitur q; lignũ illud fuerit viale siue vta per ripam illam quodq; regina Saba nolue
rit transire. neq; pedibus suis ipm cõtingere. eo q; cognouisset in spiritu redemptorem
mundi in eo passurum.
Inde nõ procul venimus ad quandã ecclesiam beate virginis titulo et sepulchro insi-
gnem. grandem et testudinatã. estq; descensus in eã per gradus quadragintaocto. et ibi
sepulchrum virginis gloriose ex albo marmore factum paulo latius christi sepulchro.
potestq; ibi celebrari sicut et super sepulchro christi. Et habet duas ianuas p quas in-
grediatur vel egrediat. Illic intemeratũ virginis gloriose corpus. eius post mortem ab
apostolis honorifice traditũ sepulture. sed tercia post die vt pie creditur assumptus fuit
in celum. anime virginis beata resurrectione vnitũ. Est ibi plenaria remissio.

De monte oliueti et locis sacris in eius ascensu.

Hinc egressi ecclesiã pergentes ad sinistras. venimus ad pedẽ montis oliueti.
vnde paululũ ascendentes accessimus locum illum sub rupe quadã cõcaua.
vbi christus orans positusq; in agonia factus est sudor eius tanq; gutte san-
guinis decurrentis in terrã. Ibi etiã videtur lapis super quẽ angelus stans cõfortabat
eum. Inde descendentes q̃tum iactus est lapidis. venimus ad locũ vbi xp̃s petrũ Ja-
cobum et Johannẽ reliquit dicẽs eis. sedete hic donec vadã illuc et orem.
Inde ascendimus denuo in locũ illum vbi sanctus Thomas apostolus fertur cingu-
lum virginis gloriose accipisse dum ipa assumeretur in celum. Inde pcedentes intrau
mus ortum in locum vbi christus fuit captus. et vbi̅ petrus abscidit malcho auriculã.
Ibi prope ostendit locus signatus lapidibus vbi Judas osculo xp̃m tradidit iudeis.
vbi et iudei ipi resupini cadebãt. xp̃o eos interrogante et dicente. quẽ queritis.
Adhuc amplius ascendẽtes in eum pueninus locũ. vnde christus videns ciuitatẽ Hie
rusalem in die palmarũ fleuit sup illã dicens. Si cognouisses et tu 7c̃.
Inde altius scandentes illo perrexim. vbi angelus dñi palmam dicitur virgini glo
riose detulisse. atq; diem mortis eius sibi prenunciasse 7c̃.
Unde paululum progressi inter ascendendum venimus in collem quendam cui no-
men est galilea. Et est locus ille de quo angelus christi annuncians resurrectionem. di-
xit discipulis. precedet vos in galileam ibi eum videbitis sicut predixit vobis. Nam et
ante passionem suam christus eis promiserat dicens. postq; autẽ resurrexero precedaz
vos in galileam. id est locum iam memoratum. non regionem galilee que longe distat a
loco isto.
Tandem in cacumen montis venimus. vbi est ecclesia quedam in eo fabricata. loco vn
de christus videntibus discipulis eleuatus est in celum 7 nubes suscepit eum ab oculis
eorum. In eadem ecclesia prope ingressum est lapis quidaz super quem christus stans
ascendit in celum. in quo adhuc pedum eius relicta vestigia cernuntur et presertim pe-
dis dextri. Distat autem locus ascensionis christi ab Hierusalem leucis cõmunib; tri-
bus. et illic prope locus est vnde mare mortuum prospici potest. vbi quondam ciuita
tes quinq; videlicet. Sodoma et Gomorra et alie stabant. cum adiacente prouincia.
postmodum in vltionẽ peccati cõtra naturam submerse. Distat vero ipm mare mortuũ

ab isto loco miliaribus septem.et tamen vix ad dimidium distare videtur.

¶ De locis in descensu montis Oliueti.

Itur per aliã viam descendentes de monte olivet. Primũ in quandã venimus ecclesiã vbi sancta Pelagia requieuit. vbi etiam dum viueret rigidissimã penitentiã et arduissimã exegit. Inde paulo post venimus in villã Bethphage vnde xp̃s misit duos discipulos Hierosolymã die ipa palmarũ dicẽs eis. Ite in castellũ qđ cõtra vos est:et statim inuenietis asinã alligatã ꝛc̃. Inde haud procul venimus in ecclesiã sancti Marci euangeliste.quo in loco apostoli post christi ascensionem symbolum fidei cõdiderunt.singuli singulos articulos spiritu haud dubium dictante diuino depromentes.

Inde iterũ nõ longe est alia quedã desolata ecclesia in eo loco quondam cõstructa.vbi christus discipulis suis modũ orandi tradidit dicens. Cum oratis ita dicite. Pater noster qui es in celis ꝛc̃. ¶ Inde paululũ descendentes ad lapidez quendã venimus. sup quo virgo gloriosa maria solita erat quiescere.quãdo loca ista sacra frequẽter peragrãs atq; deuotissime visitans sepius fatigabatur.

Postmodũ ad ecclesiã sancti Jacobi minoris primi Hierosolymoꝝ episcopi descendimus. In eo loco christus post suã resurrectionẽ eidem apostolo apparuit.in quo etiã loco post mortẽ suã sepultus fuit.licet postea inde fuerit translatus. Nam iudei ipm ostendentem xp̃m esse filiũ dei:de pinnaculo templi precipitauerũt.et cum adhuc constanter xp̃m predicaret.quidã cum partica fullonis cerebrũ eius excussit.

Inde nõ longe sepulchrũ extat Zacharie ꝓphete.vnde profecti in locum venimus vbi quondam erat villa Gethsemani.

¶ De locis in valle sub monte Oliueti.

Indem in vallem vsq; descendimus vbi turris quedaz stat.in qua Absolon dicitur fuisse sepultus.et ibi est magnus aceruus lapidũ.quia pagani via illa transeuntes.lapides per fenestrã quandã in turrim p̃iciunt.quasi exprobrãtes et vindicare volentes eius inobedientiã et rebellionẽ aduersus patrẽ suũ dauid.quẽ fugatum de ciuitate persequebat vt habetur.ij. Regum.xv.et tribus sequentibus capitulis. Inde venitur in vallem Siloe. In pede vero montis oliueti ad leuam locus ostenditur vbi Judas laqueo se suspendens.crepuit medius. In huius vallis sy loe introitu.fons quidam satis clarus reperitur aliquantulum sub terra scaturiens.vbi virgo gloriosa pannos illos sepenumero lauit.quibus filium suum adhuc infantulum inuoluit. Inde venimus ad natatoriã Syloe.ad quam christus cecum natum cum fecisset lutum ex sputo et inde liniuisset oculos eius misit dicens.vade et laua in natatoria syloe.Qui abijt et lauit et venit videns.que historia per longum texitur.Johannis nono capitulo.

Inde pergentes locum illum vidimus iuxta arborem quandã.vbi Esaias prophcta lignea serra per medium sectus fuit iussu Sedechie regis. Et est ibi ortus oleruz ꝛc̃. Ibi etiam multe sunt cauerne et latibula siue receptacula.in quib; apostoli et alij sancti plures ob metum iudeorum latuerunt.

Inde digressi ad agrum peruenimus Achaldemach. id est agrum sanguinis. qui emptus fuit triginta argenteis mercede scilicet christi traditionis in sepulturã peregrinorum.et valent tres ex illis denarijs vnum ducatũ. Est autẽ ager ille predictus quattuor muris inclusus in modum turris.superius testudine coopertus.habens foramina desuper distincta septem.per que defunctorum corpora christianorũ intus proijciuntur. fecitq; eum sancta Helena in hanc redigi clausuram. Est autem latitudinis quinquaginta pedum.longitudinis vero septuagintaduorum.

Omnibus his visitatis locis Hierosolymã reuertebamur ex itinere tanto nõnihil fatigati.iam enim refectionis hora instabat.qua expleta quieti fessa dedimus membra.

¶ De transitu in Bethleem et de locis adiacentibus.

Vespere itaq; facto. die qua supra id est. xiij. Julij que festum erat diuisionis apostolor. in montē Syon perrexim⁹ ad fratres. vbi paratos inuenimus asinos. quibus ascensis in Bethleem vsq; p̄rauimus. que quinq; leucis ab Hierusalē distat. Exeuntes aūt Hierosolymā ad duo miliaria. venimus ad locū vbi stella reapparuit magis. q̄ disparuerat ipis Hierusalē intrantib⁹. de qua Mat theus dicit. Ecce stella quā viderāt magi in oriente antecedebat eos: vsq; dū veniēs sta ret supra vbi erat puer. Deinde ad quandā venimus ecclesiā cōstructam in loco vbi p̄ pheta Helias natus fuisse perhibetur.

Inde nō longe locus ostendit vbi angelus dñi Abacuc p̄phetam cincinno capitis sui sublatum. transtulit in Babiloniā. deposuitq; iuxta lacum leonū in quo erat Daniel p̄ pheta quē Abacuc allatis cibis et potu aque refocillauit. Ibi p̄pe loc⁹ est in quo patri archa Jacob morat⁹ dicit. vbi et sepulchrū est Rachelis sue cōthoralis sub quercu ⁊c̄.

Inde in Bethleem vsq; pergentes. ad ecclesiā mire pulchritudinis q̄uenimus in hono re virginis cōsecratā. longitudo eius ducentor. viginti octo pedū. latitudo vero octogin ta septē. Hor vbi illo venimus. fratres minores p̄cessionē ordinauerūt. quā nos accen sas gestantes in manibus candelas: eueſtigio sequebamur. Primūq; venimus per am bitum monasterij ad quoddā altare. ibi est locus vbi christus est circumcisus.

Inde p̄cessimus ad aliud quoddā altare. ibi est locus vbi tres reges munera sua apta bant et dona: dño offerenda.

Inde per gradus quosdā lapideos descendimus in quandaz capellā pulcherrimā sed paruā. secus cuius altare maius est locus x̄pi natiuitatis quondā diuersorū. locus vti q; sacratissimus. vbi puerpera beata virgo maria solē iusticie regē peperit supremū.

Inde p̄cedentes venimus ad aliud quoddā altare sub rupe quadā excisum. vbi magi dño aurū. thus. et mirrhā obtulerūt. Ante dictū altare est loc⁹ vbi erat p̄sepe in qō bea tissima virgo et mater natū filiū reclinauit. vilibus panniculis inuolutū. Retro vero di ctum altare multa sanctor. Innocentū ibidē ab Herode interfectorū corpora multo tpe incognita iacuere. Unde in ambitū monasterij reuertentes. in aliā quandā per gra dus lapideos descendim⁹ capellā. in honore glorioſi Hieronymi dedicatā. vbi et cor pus suū multo iacuit tempore humatum. donec tandē Rhomā ad sanctaz mariā maio rem fuit translatum. In eodem loco ipe gloriosus et laboriosus doctor ecclesie bibliam de hebreo transtulit in latinum. et grecū. et mansionē illic multo tempore habuit. suāq; eximiā peregit deuotionē simul et p̄uersationē. Illic non longe aliud est quoddā altare. vbi sanctus Eusebius eiusdē Hieronymi discipulus et imitator studiosus fuit sepult⁹.

Inde exeuntes in ambitum sepedicti venimus monasterij. vbi terminata p̄cessione illic quieuimus. manducauim⁹. et bibimus. mansimusq; vsq; post mediā noctē. extunc ent fratres missas celebrauerūt in locis supradictis donec illuceſceret. Latior ipius Beth leem et locorū ei adiacentiū descriptio infra habetur.

De reditu ex Bethleem in Hierusalem.

Mane igit facto die. xv. Julij regressi sum⁹ ex Bethleem in Hierusalē per aliā viā. Insidiantibus aūt nobis paganis haud inscijs nostris cōductoribus. nec obstante salua guardia. inuaserunt nos Arabes et vigintiquattuor ducatos exegerūt a nobis. quos et soluimus vt vitā redimeremus.

Uenientes aūt inter redeundū venim⁹ ad quandā ecclesiā desolatā dictā ad sanctū Ni colaum. q̄ distat a Bethleem per leucā vnā. ibi sanctus Paulus prim⁹ heremita. et san ctus Eustachius perhibent fuisse sepulti. Illic p̄pe alia est quedā ecclesia ad beatā vir ginē nuncupata. in eo loco vbi x̄po nato angelus ad pastores ait. Annuncio vobis gau dium magnū. qz natus est nobis hodie saluator mundi. Ex eadē ecclesia nullus lapis a paganis quacūq; p̄t subtrahi virtute aut ingenio vel arte aufferri. Qui vero id p̄esu munt vel subito p̄clitant vel etiā moriūtur. sed nec iumēta puta equi vel asini illi p̄nt lo co absq; p̄culo p̄inquare vt certa cōperim⁹ relatione. Ibi etiā p̄pe sunt grandes quedā olive in loco vbi facta est angelo p̄iori multitudo celestis exercit⁹ laudantiū et dicentiū nato iā x̄po. gloria in excelsis deo.

Inde nō ilonge est quedā capella in eo loco vbi angelus dñi in somnis apparuit Joseph

dicēs. Surge et accipe puerū et matrē eius et fuge in egiptū. et esto ibi vsq; dū dicā tibi. Ibi etiā est sepulchrū duodecim ꝓphetarū. Ibi etiam mons quidā est in quo dauid goliam funda et lapide ꝓstrauit. Ibi et ager Choos vbi idē dauid lonē interfecit et vrsum. Inde ad domū venimus Zacharie. in quam post salutationē angelicam et christi cōceptionem virgo abiens in montana cum festinatione intrauit et salutauit Elisabeth. canticumq; illud dulcissimū dictauit. Magnificat anima mea dominū. In superiori eiusdem domus loco. quondaz fuit ecclesia hodie penitus destructa in eo fundata loco vbi Zacharias repletus spiritu sancto ꝓphetauit dicens. Benedictus dominus deus israel quia visitauit et fecit ⁊c̄. Vbi etiam postulans pugillarē. scripsit de filio suo Johannes est nomen eius. Ibi ꝓpe ostenditur locus natiuitatis ipius christi p̄cursoris Johannis Fuitq; ibi quondā ecclesia q̄ hodie desolata stabulum prestat iumentis asinis et equis. Postea ad Symeonis iusti et timorati habitationē venimus. qui christum presentatū in templū: in vlnas suas accepit dicens. Nunc dimittis dñe seruū tuum in pace ⁊c̄. Paulo post ad duas leucas ab Hierusalē ad quoddā venimus claustrum ad sanctum crucem appellatū quod greci monachi inhabitant. in quo iuxta maius altare olim arboz quedam dicitur stetisse. de cuius ligno crux christi dicitur facta fuisse. Prope illud monasteriū dicit quondā fuisse oztus egregius et cōclusus Salomonis. Inde pergentes Hierosolymā. vidimus in valle claustrum quoddā quod ad sanctam Gaba dicitur. qui illic quondā abbatis officio functus. plurimis prefuit monachis. quozum numerus ad. xliij. milia dicit interdum excreuisse.

Igitur die qua supza sc̄z. xv. Julij Hierosolymā rediuimus circa hozam prandij. facta q̄ refectione quieuimus paululū. eo q̄ nocte subsequēti in templū dominici sepulchri secundo dicebamur admittendi. Nam ter in ip̄m peregrini ex moze veteri intromittunt. Aduenīente ergo hoza septima noctis. apertis templi ostijs ingressi. illic mansimus per noctem totā. et quisq; pro voto sancta visitauit loca. In auroza diei crastine. id est. xvi. Julij ex nostris cōperegrinis nobilibus plericq; cingulū accipientes militarē. et cōsuetas cerimonias de moze obseruationesq; peragentes clam ipis paganis qui id nō bene ferunt/gloziā adepti sunt militarem. Quibus rite expletis. fratres sepedicti missas in dominico celebrauere sepulchro in loco crucifixionis christi mōte sc̄z caluarie. quo facto iterū templū egressi: in nostro nos collegimus hospitio. quieti⁊ refectioni cōgruam operam dantes. eo q̄ eodē sero in Bethaniā equitare oportebat ⁊c̄.

De transitu ex Hierusalem in Bethaniam.

Igitur die qua supza id est. xvi. Julij circa hozā vesperarū ꝓfecti de monte Syon: venim⁹ in asinis nostris in Bethaniā. q̄ est retro montē oliueti. distās ab Hierusalē quattuoz leucis. Illic ecclesiā ingressi. monumentū vidimus in quo Lazarus iacuerat quatriduanus. quē Jesus a mortuis suscitauit. Inde nō longe est domus Symonis lepzosi. qui rogauit Jesum vt manducaret cū eo. Et eo ibi discumbente maria magdalena afferens allabastrū vnguēti. secus pedes dñi astans incessanter crine soluto diua vestigia eius osculabatur. lachzymis plena atq; irrigabat detergebatq; officio capillozum.

Ibi ꝓpe est domus Marthe hospite dñi. domus quoq; marie magdalene. quibꝫ visis Hierosolymā denuo repedauimus.

In crastino id est. xvij. Julij. cōtractum fecimus cum dñis in Hierusalem sup ꝓductu et salua guardia vsq; in montē Synai. et inde vsq; in oztum balsami. de quo infra patebit in secunda huius operis parte latius.

De transitu ex Hierusalem ad Jozdanem.

Ostera die. id est. xviij. Julij arripuimus iter versus Jozdanē. licet multe nobis occurrerēt difficultates. perrexerūtq; nobiscum aliqui ex fratribus monte Syon cōcomitantibus simul et conducentibus nos quibusdam paganis. ꝓpter Arabes ne in eozum manus incideremus. vnde et multam satis erogauimus pecuniam. Transiuimus autem per montem Oliueti versus Bethaniam et tandem venimus ad quandā habitationē vbi quondam fuit claustrum, hodie vero

italico sermone terra russo. id est latine terra rubea appellatur. distans a Bethania milia ribus octo. Ibi est locus in quem Joachim secessit postq; ab Abiathar pontifice cum sua oblatione a templo tāq; in lege maledictus vtpote sterilis repulsus est. vnde tali notatus obprobrio. et erubescens cōtribulum suoꝝ oculos: domū redire noluit. sed cum pastoribus suis per dies aliquot remānsit. donec ad angeli iussum tandem fuit regressus.

Deinde per montana iter. xij. miliariū fecimus versus Jericho. et est via illa de qua in euangelio dicitur. Homo quidā descendebat ab hierusalē in Jericho. et incidit in latrones ꝛc. Est enim hodie transitus ille satis periculosus. In Jericho multa legitur dñs fecisse. presertim in domo Zachei in qua et hospitio fuit receptus. ipo Zacheo de hoc plurimū gaudente. qꝝ talem et tantū hospitē meruit habere.

Item ante Jericho locus ostenditur vbi cecus clamabat. licet phibitus a turbis. Jesu fili dauid miserere mei. et mox visum recepit.

In iericho nocte vna pnoctantes mane facto. ad iordanē perreximus qui est in spacio sex leucarū ab Jericho. et venimus ad eum locū vbi christus fuit baptisatus a Johanne. ibi aquis ipis iordanicis nos abluentes ꝛ balneantes. a peccatis oibus mundari exoptabamus. nā et ibi est plenaria remissio omniū peccatoꝝ.

Est autē Jordanis iudee fluuius a duobus fontibus. quoꝝ vnus Jor alter Dan vocatur. Jordanis nominatus. Nascitur autē sub libano monte. diuidens Arabiā et Judeam. qui per multos circumitus iuxta Jericho in mare mortuū influit. quod ipm absorbet penitus et cōsumit. Hic fluuius tempore messis tritice que solet in palestina vernali tpe iā matūrescere. cōsueuit plus solito abundare. quod accidit ex imbris serotini inundatione. et ex niuiū resolutōe vt dicit Josue. iij. vbi sic habet. Jordanis ripas aluei sui tempore messis impleuerat ꝛc. Hic fluuius in multis est priuilegiatus. qꝝ in primis regionē fidelium iudeoꝝ a regione incredulorū paganoꝝ scz ab Arabia separauit. Deinde quia coram filijs israel se aperuit. et eis ad terrā promissionis transitum prebens. in arce dñi et populi psentia se diuisit. vt habet Josue. iij.

Item quia lepra Naaman syri abluit et mundauit. vt habet. iiij. Regum. v.

Item quia per sui diffusionē sanctitati Helie et Helizei testimoniū perhibuit. qꝝ vtriusq; imperio obediuit. vt habetur. iiij. Regum. ij.

Item quia ferrū cōtra nātūrā aliarū aquarum nō abscondit in fundo suo. immo ad superficiem illud remittens. prophete qui perdiderat ipsum vt reciperet cleuauit. vt patet iiij. Regum. vi.

Item qꝝ ex tactu mundissime carnis dñi sanctificari meruit. quo mediante dñs vim generatiuā aquis cōtulit et humane salutis sacramentū in aqua fieri ordinauit.

Item quia in Jordane Johannes baptista. et celos apertos videre et vocem patris audire meruit. immo totius trinitatis misterium baptisando dominum cognouit. patrem in voce. filium in carne. spiritum vero sanctum in columbe specie. vt habet Luce. ij.

Inde ad ecclesiam sancti Johannis baptiste properauimus extructam in eo loco vbi ipse quondam in deserto morabatur. Fuit ibi ante tempora ista monasteriuz quod greci monachi inhabitabant. sed hodie est omnino desolatum. Ibi sanctus ipse Johannes videns ad se venientē Jesum vt baptisaretur ab eo. dixit digito demonstrās. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi.

Ibi etiam locus est vnde Helias in curru igneo raptus fuit in paradisum.

Inde nō procul ad leuam est claustrum quoddam in eo loco vbi sanctus Jeronymus rigidissimā legitur penitentiam fecisse. Illic paululum quieuimus. postac profecturi ad mare mortuum. prius tamen vallem illam inquisiuimus et intrauimus vbi quondam sanctus abbas Saba monasterio prefuit. in quo quattuordecim milia monachoꝝ feruntur fuisse vt supra etiam habitum est. Et quanq; nulle sint ibi indulgentie. tamen quia claustrum ipm nō longe aberat illuc accessimus.

Deinde ad mare mortuum perreximus. vbi quondaz Sodoma et Gomorra aliecq; fuerunt ciuitates. nec est ibi aliqua indulgentia. Sed de hoc mari et ceteris locis supra memoratis infra latius suo loco dicetur.

In hoc mari mortuo Tyrus serpens inuenitur vnde tyriaca conficitur. Est autem ser-
pens ille longitudinis dimidie vlne. spissitudinis verò ad modũ digiti vnius. diuersis
et cõmixtis inter se coloribus respersus. Estq; cecus et tam nocio plenus veneno vt nul
lo ei possit remedio mederi. nisi precisione eius membri qõ illo fuerit infectum. Prouo-
catur autẽ serpens ille cum fuerit capiendus ad miram indignationẽ. virgule cuiuspiã
percussione. vnde et caput eius intumescit. et cauda ex cõcursu veneni de toto corpore in
membra dicta. que subito vno dumtaxat ictu sibi amputantur. alioquin venenum extra
ctum nil valeret.
De mandato Soldani nullus Tirus alio duci potest nisi ad Chayrũ vbi ipse manet
Soldanus vbi et venalis reperitur tirus dumtaxat.
Deinde reuersi Jericho. ad montẽ venimus quarentena cognominatũ. et ascendimus
in eum locum vbi christus ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus.
Ibi capella quedã est in rupem quandam incisa. estq; periculosus satis ascensus ille et
descensus. et pro sui altitudine difficilis. vnde et peregrini rarissime in eius vsq; summi
tatem cõscendunt. nos vero in cacumine eius fuimus. nõ absq; labore ingenti et pericu
lo. Quem descendentes: venimus ad flumẽ Helisei cuius ipe sanauit aquas steriles et
amaras qui est ad pedẽ montis. Juxta quem cõsedentes manducauimus et bibimus
fatigati ex labore ascensus et descensus. Hic fluit iuxta locũ galgale a parte australi vsq;
Jericho et ibi tandem influit in iordanem. Inde recreati paulisper Hierosolymam su-
mus regressi.
Reliqua huius itineris loca et alia mari mortuo vel Jericho cõtermina infra latius ha
bentur descripta.
Hoc autem iter nequaq; est peregrinis absq; tutoribus siue cõductoribus paganis ag
gredi tentandũ. eo q; arabes bis in locis desertis latitantes frequẽter spoliant homes.
Omnibus igitur locis superius assignatis per nos visitatis atq; perlustratis
plures ex nostris cõperegrinis ad recessum se parauerunt. pauci vero id est
xviij. dumtaxat ex omni illa multitudine quorũ deus tetigerat corda. nobiscũ
manere decreuerunt ad virginẽ gloriosam et inclitam martyrem Katherinã
nobiscum pariter profecturi.
Adueniente ergo iam die. xxi. mensis Julij. que erat solennitas sancte marie magdale-
ne. sole ad occasum vergente. alij in Rama vsq; redierũt et inde Japha vbi quisq; in su-
am se recepit galeam. Quorum post recessum triginta quattuor diebus nos Hieroslym-
mis mansimus. quo expleto tempore omnibus necessarijs paratis. datisq; vie ductori-
bus. iter illud graue et laboriosum. aggressi fuimus versus montẽ sanctum Synai Ve
rum inter manendum Hierosolymis crebro et pluries sacra visitauimus loca singula
queq; diligentius perspicientes perq; scrutantes. Nam et bina adhuc vice in sanctum
templũ dominici sepulchri precce et precio fuim⁹ admissi. ita q; quinquies ipm intraui
mus. Sic et ad domũ pilati datis muneribus clam et occulte bis peruenim⁹. et diligẽ
ter loca illa vidimus vbi christus fuit flagellatus. coronatus. et cruci adiudicatus. Est
q; ibi plenaria remissio omniũ peccatorum.
Sic et alia pleraq; loca sancta illo tempore perlustrauimus a cõfratribus nostris inui
sa. Nam prenimio estu qui tunc erat ire per deserta loca versus Synai nõ poteram⁹. et
ob id morã traximus in Hierusalẽ longiorẽ. Imminente aũt festo sancte Anne qõ sub
diem. xxvi. Julij currebat. industria et patrocinio cuiusdam pagani. occulte in domum
sancte Anne ingredi fuimus pmissi. vbi quondã pulchra fuit ecclesia eius in honore fa
bricata. quã pagani hodie p suo habent vsu. et muschkeam ex illa fecerunt. nec permit
tuntur peregrini illam introire nisi forte valde occulte. Ex illa ecclesia venimus in am-
bitum ei cõtiguum. et inde in criptas quasdã descendimus subterraneas et tenebrosas
quas accensis candelis ingressi venimus ad locum vbi beata Anna diem clausit extre
mum. Deinde in locum vbi ipa gloriosam virginẽ peperit Mariam. vbi et plenaria est
remissio omniũ peccatorum.
Ibi de lapidibus particulas quasdam assumpsimus eo q; pregnantibus mulieribus

consolationi et medele fore dicantur.
Eodem die in probaticam piscinam que prope dictam est ecclesiaz venimus. vbi christus infirmos plures curauit. de qua et in euangelio Johānis. v. habet. q angelus domini statuto tempore descendebat in eam et mouebatur aqua et sanabat vnus languentium et expectantiū illic aque motum qui primus in eam descendisset. Et est ibi indulgentia septennis cum totidem carenis.
Illis etiam diebus in alia pleraqz loca perretimus que sunt propinqua Hierusalem et in circumitu eius. de quibus tam nunc latius dissereturr.

Sequitur cōpendiosa terre sancte descriptio. et singulorum locorū quorum habet nomina sequens pictura.
Ad pleniorem habendā noticiam et intelligentiam locorum illorum Hierusalem ciuitati sancte adiacentiū de quibus sacra in pagina crebro fit mentio. potissimū in libris historicis veteris testamenti scz Josue. Judicū. Regū. Paralippomenon. et ceteris. sed et noui testamenti pene singulis voluminibus. etiā ad declarationē euidentiorē picture et descriptionis terre sancte que hic habetur. subscriptam inserui terre sancte diuisionē que valebit nōnihil immo q multum deseruiet predicantibus et legentibus frequenter scripturas presertim memoratas.
Sciendum autem in primis q terra ista quam sanctā dicimus. que cecidit in sortem duodecim tribuum israel pro parte aliqua dicebatur regnum iudee. que erat duarum tribuum scz Jude et Beniamyn. pro parte altera dicebatur regnum Samarie ciuitatis scz. que nūc Sabeste dicitur. Et erat caput decem tribuū reliquarum que israel dicebantur. Utrūq tamen regnum istud cum tota terra Philistijm. quondā dicebatur Palestina que erat pars syrie sicut Saxonia et Franconia partes sunt theutonie. et Lombardia z Tuscia partes italie. Ad hoc autem plenius intelligendū. Nota q plures sunt Syrie diuersis scz nominibus nuncupate. Tota enim terra a tigri fluuio vsq ad egiptū generaliter Syria nuncupatur. pars tamen eius prima que est inter fluuios Eufraten et Tigrim. et protendit per longum ab aquilone in austrum. hoc est de monte Tauro vsq ad mare rubrum appellatur Mespotamia syrie. quasi media inter aquas. Et habet gentes multas videlicet Persas et Medos. quibus ab austro cōiungit Chaldea. in qua est Babilonia scz magna iuxta fluuium Chobar. vt patet Genesis. xi. et illi ibidem ab austro adiacet Arabia vsq ad mare rubrū. quod in locis illis synus arabicus dicit.
Prima tamen pars totius huius mesopotamie que aquilonē respicit. in qua est ciuitas Edissa que antiquitus Arath vel rages medoz. nunc autē rase dicitur. specialiter mesopotamia syrie nuncupat et hec est prima syria. Secunda est syria Choeleth siue Celes que incipit a fluuio Eufrate. et terminatur in riuo valanie qui fluit sub castro Hargad et cadit postea in mare magnū. In hac celessyria erat insignis illa et famosa quondā ciuitas Antiochia cum alijs vrbibus ad eam pertinentibus scilicet Laodicia Hispania et alijs multis.
Tercia est syria phenicis. que incipit a predicto fluuio valonie ab aquilone. et extendit versus austrum vsq ad petram incisam siue desertaz sub monte Carmeli qui postea vocabatur. et erat castrum munitissimū peregrinoz sub dominio quondā fratrū de militia templi cōstitutum. In ista syria erant nobiles olim et magne ciuitates atq multe scilicet Hargad. Antherandū. Tripolis. Barutum. Sydon. Tyrus. Accon. Capharnaū. Et appellatur syria phenicis a phenice filio Agenonis fratre Cathini qui tyrū instaurauit. et eam metropolim hui? terre cōstituit. atq terrā ipam suo noie appellauit.
Quarta est syria damasci. in qua est ciuitas Damascus metropolis huius predicte que et tercie syrie phenicis scz ab oriente cōiungit. Dicitur tū ista quarta syria etiā syria libanica q mons libani in ea p̄clarus habet.
Post istā quartā syriā sequit Palestina que Philistijm. ppe nuncupat. Unde nota q tres sunt Palestine que tū omnes sunt syrie magne ptes. Prima palestina est cuius metropolis est Hierusalē cū oibus montanis

suis vsq; ad mare mortuum et vsq; desertum cadesbarne. Secunda est cuius metropolis est Cesarea palestine siue cesarea maritima cum tota terra philistijm. incipiens a predicta petra incisa. siue castro peregrinorum. et se extendes vsq; basan cōtra austrum.
Tercia est cuius metropolis est Bethsan sita sub monte gelboe iuxta iordanē. Ista palestina dicitur pprie galilea. siue campus magnus esdrelon. // Sunt etiam similiter tres Arabie. similiter maioris syrie partes. Et est prima cuius metropolis est Boseron que nunc busereth dicit. olim tñ bozora dicebat. Huic cōiungitur traconitidis regio. et iturea ab occidente. Damascus vero fere ab aquilone. quā ob causam syria damasci aliquotiens Arabia vocatur. Unde aretha rex de arabia dicitur. qui in rei veritate erat rex damasci. Secunda est cuius metropolis est ciuitas olim Rabath dicta super torrentē arnon sita. Ista arabia erat terra filiorū Amon. licet ciuitas fuerit de moab. Item fuit de regno Seon et includebat regnū basan et montē galaad. et cōiungitur prime arabie a parte australi. Tercia arabia est cuius metropolis est mons regalis. qui carath dicit. olim tamen petra deserti dicebat. sita super mortuū mare. et cōtinet sub se terram moab que pprie syria scbal dicitur. et totā ydumeam siue montē Seyr. et totam terrā circa mare mortuū vsq; ad cadesbarne. et vsq; ad seongaber et aquas cōtradictionis versus mare rubrum per latissimas solitudines vsq; ad flumen Eufraten. Hec est arabia magna in qua est Hecba ciuitas. vbi est sepultura detestabilis Mahumeti. Hucusq; de situ terrarū terre sancte adiacentiū dicta sufficiant. que p maiori parte de dictis venerabilis patris dñi Jacobi de vitriaco sancte Rhomane ecclesie quondam legati in terra sancta sunt assumpta. Ceterū ad particularem descriptionē ipius terre. que in possessionē decē tribuum cessit. stilum vertamus.

Diuiditur autē terra sancta in plures partes respondentes diuersis plagis celi. incipiendo semper a ciuitate Acconensi. que antiquitus Ptolomeida dicebatur. et erat vrbs gloriosa et insignis. sed hodie penitus desolata cernit. Ab ea tamē ob situ eius cōgruentius linee ptenduntur ad omnes terras alias. q̄ hic sub cōpendio describentur q̄z ab aliqua aliarū ciuitatū.
Primū igitur descriptionis initiū sumit ab ipa ciuitate Acconensi. per directā lineā procedendo versus tyrū. et inde ad alias ciuitates sequētes de quib; suo loco dicet.
Sciendū tamen q; hec ciuitas Accon nunq̄z fuit de terra sancta. nec a filijs israel possessa. licet aūt in distributione terre. tribui Aser fuerit assignata. aserite tamē nunq̄z posse deri ūt eam. Est autē in puincia phenicis sita. habens ab austro carmelum montem ad quattuor leucas et ciuitatē Caypham ad pedem montis eiusdem vltra torrentē zyson. vbi Helias pphcta sacerdotes baal interfecit. vt habetur. iij. Regū. xviij.
Phenicia vero regio siue syria phenicis adhuc extenditur vltra. cōtra austrum ad tres leucas vsq; ad petrā incisam. que castrum peregrinorū dicitur. qui locus terminus est phenicis cōtra austrum.
Accon autē ciuitas munita valde erat muris mirabilibus turribus et fossatis et barbicanis fortissimis. triangulāq; habebat formā vt clipeus. cuius due partes inngebant magno mari. tercia pars campū respiciebat qui ipam circūdabat. habebat q̄z duas leucas latitudinis et plus in partibus aliquibus vel etiā minus. fertilis valde erat tam in agris q̄z in pascuis et vineis et ortis. in quib; diuersi generis fructus crescebant. sed ob frequētes terrarū illarū vastationes etiā ipa deperijt destructa penitus.
Inde cōtra aquilonē ad quattuor leucas est casale lamperti iuxta mare vineis similiter et ortis. aquis fluminibusq; abundans sub monte saron cōstitutum.
Inde transcenso monte saron ad tres leucas est castrū Caudaleon qō Alexander obsidens tyrū dicit cōstruxisse. Sed Balduinus rex postea Hierusalē illud denuo instauravit et quibusdā nobilib; qui inde cognominabant tradidit possidendū.
Inde modicū amplius q̄z per leucā vnā est puteus ille ammirabilis aquarū viuentiū iuxta viā ad tyrū q̄z tū iacere pt arcus. Cuius aque sicut dicit ni cantic is fluunt impetu de libano. Quāuis aūt singulariter dicat puteus, sunt tñ quattuor eiusdē dispositionis

sed disparis quantitatis. Unus enim qui precipuus est habet quadraginta cubitos latitudinis et longitudinis ꝛ est quadratus. alij tres circa .xxv. omnes muris fortissimis de lapidibus durissimis de opere insolubili ad altitudinē haste vel amplius circundati In quibꝫ ita colligitur aqua et exaltaꝫ ꝙ ad omnē partē aqua fluit vltra muros. Sunt tamē nihilominus inde aqueductus facti per riuos descendētes tante ꝓfunditatis et latitudinis. quāta est statura vnius hominis. Deducunꝫ autē aque iste per totā planiciem tyri et rigantur inde orti. et terra adiacens vbere satis glebe. Distant autē fontes isti a mari magno pauloamplius q̄ iacere possit arcus. et in isto modico spacio impellūt sex rotas molendini satis magnas. et statim in mari absorbenꝫ. Fonti isti ad litterā videtur cōuenire illud Ecci. xxiiij. Rigabo ortum plantationū et inebriabo partus mei fructū et ecce factus est mihi trames abundans ꝛ fluuius meus approp̄inquabat ad mare. Vultas cōmoditates cōferunt incolis aque iste.

De isto fonte minus q̄ vna leuca est Tyrus ciuitas in litore maris sita. de cuius preconio satis habeꝫ in Esaia et Jeremia. et ceteris sacre scripture libris. habuit autē de predicto puteo aquarū viuentiū venam vnā per tracones et piramides mirabiles (quarū vestigia et ruine adhuc videntur) illuc ductā. Ciuitas Tyrus dicit a filio Japhet constructa post diluuiū. sed a phenice vt dictū est supra. instaurata metropolis phenice est effecta. in gyrū habebat murorū ambitū et maior fuit ciuitate Acconensi. formā habebat rotundā sitā in corde maris in rupe durissima et vndiq̄ mari circundata. nisi in fronte ciuitatis cōtra orientē vbi eam primo Nabuchodonosor et postea Alexander fecerunt cōtiguam terre quantū iactus est lapidis. cincta erat muro forti ꝛ alto. et ad .xxv. pedes spisso. qui etiam murus munitus erat turribus duodecim fortissimis quibus etiam turribus cōtinuabatur arx ciuitatis siue castrum munitissimū. et in rupe et in corde maris situm. munitū etiam turribus et ꝓpugnaculis que expugnare totus mundus vix debuisset. Multe erāt in ciuitate ista reliquie sicut legitur in Ecclesiastica historia de martyribus sub Diocletiano ibi passis quorum numerus est soli deo notus. Origenes ibidem in ecclesia sancti sepulchri requiescit in muro cōclusus. fuerunt ibi columne marmoreē et alioꝫ lapidum tam magne q̄ stupor erat videre. Sedes archiepiscopalis erat in ista ciuitate et fuerat metropolis phenicie. habebat suffraganeos baruteñ. sydoneñ. acconeñ. epos. Et extendebaꝫ ista metropolis vsq̄ ad petrā incisam sicut dictū est siue castrū peregrinoꝫ. Ante portā eius orientalē ad iactum duarū sagittarum inter arenas ostendit locus predicatōis Jesu christi. vbi eo loquente ad turbas. Extollens quedam mulier vocē de turba dixit. Beatus venter qui te portauit et vbera que suxisti ꝛc̄. Et est lapis ibi magnus in loco in quo tunc stabat Jesus. qui locus nunc̄q̄ arena operit. cum tamen arena copiosa tenuissima ibi sit et volatilis sicut in ptibus occidentis et aquilonis nix volare cōsuevit tpe hyemis et cumulos facere circa sepes et loca similia impulsu venti. Iste enim locus in medio arenarū semper nudus permanet et estate et hyeme. De tyro ad tres leucas modicas cōtra aquilonem fluuius Eleutherus intrat mare magnum ad quē vsq̄ Jonathas persecutus est regem Demetriū. sicut habeꝫ .i. Machab. xij. Iste fluuius venit de yturea siue galilea gentiū de cōfinio illo quod dicebat antiquitus terra roob et postea zabul. et fluit sub castro belciford. quod fuit militie templi iuxta horma vsquequo Josue ꝓsecutus est quinq̄ reges. sicut dicitur Josue. x. De isto fluuio ad duas leucas est sarepta sydonioꝫ. ante cuius portā australeꝫ ostenditur capella in loco vbi Helyas ꝓpheta vt habetur .iij. Regū. xvij. venit ad mulierē sareptanā vbi et manſit et eius filiū suscitauit. et ostenditur ibidē cenaculū in quo quieuit. Sarepta vix octo domus habet hodie cum tū ruine eius ostendant eā fuisse glorioſam valde. Inde ad duas leucas est sydon vrbs olim magna phenicis. cuius magnitudinē adhuc ruine eius testantur que etiā vix crederent. Fuit autē in campo per longū dispositā tendens ab austro in aquilonē sub monte antelibano inter ip̄m et mare speciosa et spaciosa valde. De ruinis tamen eius alia est edificata parua quidē sed munita si haberet defensores. et est ex parte vna in corde maris sita. habens hincinde duo castra satis munita. vnum ab aquilone in rupe quadam in corde maris situm. quod ibidem edificauerūt peregrini qui

de theutonia venerant. Aliud ex parte australi in colle situ firmū oppido. Que castra cū ciuitate milites tenuerūt templi olim. Terra adiacens fertilis valde est et abundans omnibus bonis et aere saluberrimo. etiam sunt ibidem canne mellis. etiā vince ibi erant quondā valde bone. que tamen a sarracenis nō modo hic sed et vbiq; in terra pmissionis negliguntur. neq; coluntur quidem ab eis. quippe qui vina bibere nō debent sed neq; ab alijs coli sinuntur. Ante portā orientalem ciuitatis antique que nūc est deserta est capella edificata in loco vbi ad dñm venit rogans p filia demoniaca mulier chananea in via. que versus ytuream et cesareā philippi ducit. De hoc habet Matthei. xv. vbi dicitur. Egressus Jesus secessit in partes tyri et sydonis. et ecce mulier chananea a finibꝫ illis egressa clamauit ꝛc. Mons antelibanus distat a sydone ad vnā leucā contra orientalem plagam. Incipit autem mons iste super fluuiū eleutherū de quo dictum est ante et protenditur vltra vsq; tripolim ad quinq; leucas fere per quinq; dietas et nusq; recedit de mari per duas leucas nisi iuxta tripolim vbi fere distat a mari per tres leucas. Interdum tamē ita accedit ad mare qō locus est immeabilis omnino. abundat autem vineis optimis ꝑm illud. Memoriale eius vt vinū libani. Vltra sydonem ad quinq; leucas est nobilis illa et antiqua ciuitas Barutū vbi dicitur dñs predicasse vbi iudei facta imagine de pasta ei illuserūt et tandem crucifigentes sanguinem ab ea in magna quantitate extraxerūt que vsq; hodie in multis locis venerationi habet. Episcopus huius ciuitatis sicut et sydonis suffraganeus erat olim archiepiscopi tyreñ. et terminabatur ibi metropolis tyrenꝫ. Et vltra ad tres leucas in fluuio qui passus canis dicitur qui ibidem magnū mare ingreditur. terminabat similiter patriarchatus Hierosolymitanus. Et incipiebat patriarchatus antiocenus et comitatus tripolitan⁹ qui locus passus canis dicitur. et est locus immeabilis per terrā nisi de sarracenoꝝ volūtate. pauci enim ibi viri phiberent transitū de facile toti mundo. De baruto ad sex leucas super mare est biblium ciuitas prima de patriarchatu quondā antiocheno habens episcopū. de ista dicit in Ezechiele. xxvij. ca. in cōmendatione tyri. Senes biblij et prudētes eius habuerunt nautas ad ministerium varie suppellectilis tue. nunc ciuitas ipa bibleth dicit. et est satis parua. De biblio ad quattuor leucas est botrum ciuitas opulenta quondā in vino valde nobilissimo et omnibꝫ bonis mundi. sed nunc funditꝰ est destructa. Inde ad tres leucas est castrum nephim in mari situm fere totum. quod erat principis antiocheni. in quo fuerunt duodecim turres bone. et locus munitus valde. vinum huius ville magis nominatum erat inter omnia vina partiū illarum.

De nephim ad duas leucas est ciuitas tripolis nobilis valde. et fere tota in corde maris sita sicut tyrus et populosa multū. De serico multo fiunt in ea opere. Terra illi adiacens dici potest absq; dubio paradisus ꝓpter amenitates infinitas in vineis oliuetis. ficetis. cānamellis quibus omnibꝫ in alijs partibus similes vix reperient. Campus ante ciuitatē cōtinet in longitudine leucam vnā. in latitudine dimidiā. In quo spacio sunt orti multi. in quibus fructus diuersi crescunt. et in quantitate magna atq; copia. Libanus distat a ciuitate ista ad tres leucas. ad cuius pedē oritur fons ortorū fluens impetu de libano sicut dicit in canticis. Fons iste humiliter nasci videtur. sed subito inualescēs fluuium facit vehementē et magnū valde. Iste rigat omnes ortos et planiciem inter tripolim et libanū. et cōmendat mirabiliter regionē. Aque eius optime sunt frigide et dulces. et plura loca religiosa ꝑstructa erant quondā super riuos eius. et ecclesie multe. Venit autē sicut dictum est de radice montis. et pro parte circuit montem leopardoꝝ. et postea per ortos deducitur rigans ipos. Tribus aūt fluminibus bene magnis mare ingreditur preter riuos alios qui in locis diuersis similiter in mare fluunt. et pro certo de isto fonte verū est quod dicit in Hester. quia fons paruus creuit in flumen magnū et in aquas plurimas redundauit. De tripoli ad duas leucas est mons leopardoꝝ. rotundus in aspectu et satis altus. distans a libano ad vnam leucam. In huius pede a quilonari spelunca est in qua erat monumentū habens duodecim pedes longitudinis quod sarraceni deuote frequentant. dicentes illud esse sepulchrū Josue quod nō credo verū esse. Quia textus dicit eum sepultum esse in thamnath sare Josue vltimo. q̄ est iuxta sychem

in latere montis effraim. Sed creditur potius istud esse sepulchrū chanaan filij cam filij Noe. vel alicuius filij filiorū eius qui ad litteram circa locum illum habitasse probantur vt infra dicetur.

De spelunca illa ad tres leucas cōtra aquilonē fere est finis antilibani et libani similiter et vbi vterqz terminatur ostenditur hodie castrū archas quod aratheus filius chanaā edificauit. et suo nomine appellauit sicut dicit glosa Genesis. x. capi. Et gloriosa et pulchra et fertilis est terra ista vbi libanus terminatur. de cuius situ et longitudine infra dicetur cum de cesarea philippi. et iordanis ex orto fecero mentionē. De castro archas ad dimidiā leucam est Syn oppidum quod syneus filius chanaan frater aratbei edificauit post diluuiū nō pr ocul ab archas sicut dicit glosa Gen. x. Nestorianus tamē quidē ibidē habitans requisitus dixit mihi oppidum illud appellari synochim. Et idem mihi dixit quidā sarracenus.

Ibidē sub castro archas et oppido synochim ē planicies magna amena. et fertilis valde vsqz cōtra castrū Crach qō fuerat hospitalis sancti Johannis fere per leucas. xi. lōgitudinis et p sex leucas latitudinis vsqz ad Anterandū q̄ nunc Tortosa dicitur. Planicies ista multa habz casalia. et pulchra nemora oliuarū et ficuū et arborū aliarū diuersi generis et ligna multa. Preterea abundat fluminibus. et pascuis pinguibus supra modum. vnde turcomanni et madianite et bedewini ibidem habitant in tabernaculis cum vxoribus et filijs et pecoribus suis et camelis vidi ibidem gregem maxumū camelorū. Planiciem istā circundant quedā montana ab oriente nō multū alta. que incipiūt iuxta archas et protendunt vsqz in Crach. In his montanis habitabant quidam sarraceni qui dicunt vanninigeri efferi et malitiosi et christianis infesti. Iterum ab Accon procedendo ptra aquilonē occurrit primo castrū qō dicebatur mons fortis. quod fuit hospitale teuthonicorū. sed nunc penitus est destructum. Inde quattuor leucis cōtra eandem plagam est Chozon castrum munitū valde qō dñs tyberiadis cōtra tyrum edificauerat cum tenerēt eam sarraceni. distans a tyro septē leucis.

Inde quattuor leucis est ciuitas antiq̄ Asor dicta in qua habitauit rex ille potens Jabin qui cum vigintiquattuor regibus pugnauit cōtra Josue et israel ad aquas maron. de qua etiā dicitur Josue. xi. q̄ solam Asor munitissimā vorax flamma cōsumpsit. De huius pconio ciuitatis ruine eius testantur vsqz in presentē diem. De ea per sex leucas cōtra aquilonē est fere belenas ciuitas in pede montis libani. que sicut in libro Judicū dicit capitulo. xviij. Lays primo dicebatur. Et cum esset pcul a sydone hoc est fere. xi. leucis. et cum nemine societatis quicqz haberent homines illius sita in regione Roob ceperunt eam filij Dan et vocauerunt eam Lezen dan nomine patris sui dan. sepe tamē simpliciter dicitur dan lezen etiā Josue. xix. fm illud. cōgregatus est vniuersus israel a dan vsqz bersabee. Est enim hec ciuitas cōtra septentrionē terminus terre sancte. Bersabee vero cōtra austrum fm illud. iij. Regū. Venit belias in bersabee iuda. et infra. et abijt in desertum qō absqz dubio ciuitati illi est cōtiguum. et nunc giblyn appellat. Philippus autē cum esset tetrarcha yturee et traconitidis regionis istam ciuitatē belenas siue dan suo nomine cesareaz philippi voluit nōiari a grecis aūt paneas appellatur. Sed hodie omnia nomina hec cessauerunt et cōmuniter belenas appellatur. Supra hanc ciuitatem hinc inde oriuntur duo fontes Jor et dan et in pede montis libani qui est ante portam ciuitatis cōuenientes in vnū. iordanē fluuium efficiunt. Nota tamē q̄ in rei veritate iste non est verus ortus iordanis. Dicit enī Josephus et verum est q̄ ab isto loco cōtra austrum fere sexcentis stadijs est fons qui appellatur phiala semp plenus et nūqz effluens. sed sub terraneo meatu vsqz ad istum locū fluit et ibi effluit scz dan quod per paleas in phialam fontem missas et in fonte dan receptas sepius est pbatum. Sarraceni autem fontem illum nō phialam sed medan vocant. id est aquas dan. quasi dicant. iste sunt aque dan. Hec enī aqua arabice dicit. dan vero fons est vnus de supradictis. Est autē nō longe a sueta ciuitate iuxta piramidē sepulchri beati Job in traconitide regione. de hoc aūt plenius infra dicetur. Jordanis autē fluuius vt dictum est ante portam ciuitatis belenas cōgregatus. de duobus illis fontibus post longos circuitus quos fa

est traconitidē et ytureā separādo tandē inter Capharnaū et Corrozaim mare galilee ingreditur quattuor leucis a Cedar ciuitate que est supra in monte sita. Medio tamen loco inter belenas et mare galilee quandā vallem ingrediens in stagnum colligit tempore resolutionis niuium de libano. dicitur q̄z hodie ad aquas maron vbi Josue cum rabin rege Asor et alijs. xxiiij. regib⁹ dimicauit. victor q̄z existens persecutus est eos vsq̄z ad aquas marefoth. et vsq̄z ad sydonem magnā fere per octo leucas. Hec aqua tempore estiuo exsiccatur p⁹ magna parte. vnde crescunt ibi arbusta et herbe dense valde in quibus latitant leones et vrsi et bestie alie. et sunt ibi venationes regie. Valles autem in ip̄o libano et antilibano fertiles sunt et bene culte. abundantes pascuis vineis ortis et pomerijs. habitant q̄z in ea gentes multe.

Iterum ab Accon cōtra vulturnū occurrit castellum ad quattuor leucas Indin dictū in montanis saron. q̄d fuit olim domus teuthonicorū. sed modo est destructū. Inde ad tres leucas est castellū regium in valle. quondā domus eiusdem. abundans omnib⁹ bonis et fructibus qui etiā in terra illa rari sunt nisi ibi. Inde leucis quattuor cōtra aquas maron est vallis senym vbi hebercine⁹ tetenderat tabernaculū nō longe a ciuitate asor cuius vxor nomine Jabel sysaram principem militie Jabin regis asor clauo tabernaculi transfixum p̄ tempora interfecit. sicut dicit Judicū. v. Ab ista valle ad duas leucas est Kabul quod sarraceni zabul vocant. terra illa terra kabul est appellata q̄d displicentiam sonat vt dicitur. iij. Regum. Inde cōtra austrum ad duas leucas est ciuitas et castrum zephet firmū situm in monte altissimo quod quondā fuerat militie templi.

Inde cōtra aquilonē quattuor leucis iuxta vallem senym est cedes neptalim. de hac fuit Barach filius abinoen qui cōtra zizaram pugnauit in monte thabor. Hec videlicet cedes fuit ciuitas fugitiuor̄ in tribu neptalim. abundans omnib⁹ bonis mundi. r monstrantur ibidem adhuc ruine magne et sepulchra pulcherrima antiquorū. De castro zephet ad duas leucas secus mare galilee est ascensus montis illius in quē totiens ascendit christus Jesus in quo fecit sermonē illum longum et preclarū de octo beatitudinibus et alijs virtutibus qui habetur Matthei. v. capi. In quo etiā saturauit quinq̄z milia hominū de⁹ quinq̄z panibus et duobus piscibus vt habetur Matthei. xiiij. Illuc dimissa turba ascendit solus orare. fugit in ip̄m cum vellent eum facere regē Johānis. v. Ibi docuit discipulos orare Luce. xi. In eo erat pernoctans in oratione Matthei. viij Ibi eo descendente supplicauit Centurio p̄ puero paralitico. Ibi ad eum venit multitudo languentiū. et qui vexabantur a spiritibus immundis Matthei. viij. Ibi tetigit leprosum et sanauit eum. Ibi stetit in loco campestri et turba discipulorum eius. De isto monte videtur totum mare galilee et ytirea et traconitidis regio vsq̄z ad libanū montē Insuper sanir et hermon. terra zabulon et neptalim vsq̄z Cedar et alia loca multa.

Est autē longus herbosus r amenus atq̄z abilis ad predicandū. Ostenditur adhuc ibi lapis in quo sedit p̄dicans dominus Jesus et apostolorū sessiones. In pede montis huius iuxta mare ad triginta fere passus oritur fons viuus muro circundatus quē dicunt esse venam mli. quia tzoranū piscem nutrit qui nusq̄z alibi inuenitur. Josephus fontem hunc appellat capharnaum. quia totus campus qui est ab isto fonte vsq̄z ad iordanem per duas leucas capharnaum appellatur. De fonte isto ad viginti passus supra mare galilee est locus vbi post resurrectionē suam stetit Jesus in litore. septē discipulis piscantibus dicens eis. pueri nunquid pulmentariū habetis. vbi etiā in lapide videntur triave stigia a dño Jesu lapidi impressa. Inde ad decē passus est locus vbi egressi discipuli de naui viderūt prunas et piscem superpositū et etiā panem vt habetur Johannis. xxi.

De isto loco ad vnam leucā cōtra orientem est capharnaū ciuitas quondā gloriosa. sed nunc est valde vilis vix habens septē domos pauperū piscator̄. Et est vere in ea impletum illud verbū dñi Jesu. Et tu capharnaū si exaltata fueris vsq̄z in celū: vsq̄z in infernum detraberis. Mat. xi. De isto loco ad duas leucas mare galilee iordanis fluui⁹ ingreditur. in cuius vltiori litore videnť adhuc ruine ciuitatis Corrozaim supra mare galilee quondā site. De loco isto scz corrozaim ad vnā leucā incipit ascensus montis sanir siue seyr f̄m quosdā et introitus ydumee. Inde ad tres leucas est cedar ciuitas glo-

riosa et firmo loco sita in monte Sanir ad orientem. et per hanc ciuitatem transit via p litus maris galilee ducens ad occidentem. In Esaia autem via ista vocatur via maris trans iordanem galilee gentium. Via maris dicitur quia omnino procedit in litore maris. trans iordanē additur qr trās iordanē ducit in regionē que dicit aran. Galilee gentium dicit quia galilea ibidē in iordanē terminatur. qui iordanis per mediū huius vallis transit. De ciuitate Corrozaim et ostio fluuij iordanis quattuor leucis cōtra aquilonē est Suitha ciuitas. vnde in Job dicit Baldach suites. Juxta eā est piramis beati Job ad orientē i planioribꝫ locis. Sub ciuitate ista versus ciuitatē cedar. psueuerūt cōuenire sarraceni de Aran et mesopotamia syrie de moab amon et tota terra orientali circa fontē phialā. de quo dictum est supra et habere nundinas toto tempore estatis. ꝓpter locorū amenitatē. et erigere tentoria diuersorū colorū. que in ciuitate Cedar existentibꝫ in monte pulchrū generant prospectū valde. que tabernacula cedar in canticis appellātur. De ciuitate Corrozaim quattuor leucis contra orientē est ciuitas Cedar in monte alto sita. quā Josephus appellat Camelā. p eo qꝫ mons in quo sita est ad modū cameli dispositus est. In principio longior ad modū colli et capitis cameli. In medio gibbū habens vt dorsum. incipiens in fine in modū caude declinare. Hic nota qꝫ sicut dictū est supra tota terra circa iordanē in litore eius orientali appellat traconitidis regio siue planicies libani vsqꝫ ad montē hermon et bosra. Litus vero iordanis occidentale appellatur galilee gentiū siue yturea siue kabul siue decapolis. et via maris transit per medium eius ab Accon scz. procedendo per vallem terre Aser que nunc sancti Georgij appellatur. in sinistro habēs ciuitatē sephet et p litus maris vsqꝫ cedar ad mōtana scz traconiditis regionis supra quā est terra aram. vñ dicit quedā glosa. vir erat in terra hus noīe Job. glosa. Aram pater syrorū qui cōdidit Damascū et syriam. cōdidit hus cōditorem traconitidis regionis. hic intra celessyriam et palestinā tenuit principātū que terra ab eo terra hus est dicta. vnde vir erat in terra hus siue in regione traconitide. hanc habuit Philippus tetrarcha sicut et ytuream que est circa regionē iordanis ad occidentem vsqꝫ ad montes sydoniorꝫ et tyrorū et acconensium.

Iterū ab Accon procedendo directe cōtra orientē occurrūt he ciuitates. Prima est casale qđ dicit Santgeor. vbi idē sanctus Georgi⁹ dicit fuisse natus. et est situm inter montana in valle pingui. et est fertilis et amena que amenitas ptenditur vsqꝫ ad mare galilee et fuit vallis sortis Aser vsqꝫ iuxta sephet per decē fere leucas. Et ꝓpter eius amenitatē ad litterā dici de ea poterat illud Gen. xlix. Aser pinguis panis eius ⁊ pbens delitias regibus. qđ vtiqꝫ verificatū fuit in sorte tribus huius.

Inde ad quattuor leucas cōtra austrū fere declinando aliqualiter cōtra orientē est villa Naason de tribu neptalim in valle sita. de qua legitur in Thobia. i. capitulo. Inde ad tres leucas cōtra austrum est dothaym Gen. xxxvij. vbi Joseph inuenit fratres suos situm sub monte bethulie ad vnā leucam oppidū valde amenū in vinetis oliuetis et ficetis. abundans etiā pascuis pinguibꝫ. Ibidē adhuc in campo ostendit cisterna Joseph in quā missus fuit Joseph. que est ibidē iuxta viam que de galaad veniens cōiungitur in bethsaida cum via que de syria ducit in egiptū ascendens de dothaim iuxta montem bethulie et inde per campū esdrelon procedens sub monte Thabor ad sinistrā per campum mageddo ascendit montē effraym et venit in Ramathaym sophym perqꝫ gazam ducit in egiptū. Per hanc viam venerunt hysmahelite qui emerunt Joseph. De ista villa legitur. iij. Regū. vi. capitulo. qꝫ syri in ea vallauerūt heliseum qui eos inde duxit ad medium samarie. que distat inde fere per vnam dietam.

Nota tñ qꝫ dothaym nō solū est villa sed etiā cōtrata ab ipa villa dicta. que illi ab antiquo adiacet. sita in terra campestri inter montes hinc inde nō multū altos irrigua fontibus et ideo pascuosa atqꝫ alendis pecoribus apta.

De Naason ad duas leucas cōtra orientē de dothaym cōtra aquilonē est ciuitas neptalim de qua fuit Thobias. in firmo loco valde sita. habet enī ab occidente montē altum valde et penitus inascensibilē. nisi a parte orientis per breue spaciū. Hanc puto tpe excidij Hierosolymitani fm Josephū iosapatā dictā. in qua idem Josephus obsessus fuit

a Romanis z captus vt ipe testatur nunc syrin dicit. Et distat de sephet paulo plus q̄z leucam vnā. De neptalim per duas leucas in angulo maris galilee vbi idē ab aquilone curuari incipit cōtra austrum sita est Betsaida ciuitas Andree et Petri z Philippi. nūc habet vix sex domos iuxta viā que de syria ducit in egiptū. habuit antiquitus aqueductus de fluuio quē Joseph⁹ vocat paruū iordanē. qui medio loco inter ipam z caphar naum ingredit mare galilee huius vestigia adhuc apparent. Inde p duas leucas cōtra meridiē est Magdalū castellū marie magdalene. cuius domus adhuc ibi videtur. situ est in litore maris distans a bethulia tres leucas fere cōtra vulturnū. et habet a parte occidētis et aquilonis planicie magnā z pascuosam. Et ista diuisio nō habet villas aliq̄s amplius circa mare galilee. sed in alio ei⁹ litore sunt ciuitates et castella plura ad hāc diuisionē pinentia in terra ierasenoz que huic directe est opposita. In hac sunt ciuitates plures vt Gerasa Gadera Pella Suitha a qua fuit Baldach suites. Themā a qua elephas themanites z plures alie. Jerasa tm̄ ciuitas est in litore maris sita galilee sub monte Seyr cōtra tyberiadem fere sed modicū declinās ad aquilonē. Et erat de tribu manasse dimidia que citra iordanē sortē acceperat. Et nota q̄ tota terra ista vltra mare galilee montuosa est valde. Et erat in regno Og regis basan. p parte aliqua dicit mons seyr. quia Esau ibi habitauit vt statim dicet. Dicebatur insuper alibi mons sanir quia ille erat in ea. Item dicebat mons hermon qui similiter illic erat. et ita a diuersis locis et nominibus. diuersis erat terra ista noibus appellata. tota tamē cessit in partē dimidie tribus manasse: sed nunc̄z eam totā possedit. Quia filij Esau habitāt in ea p̄o parte vsq̄z in p̄sentē diem. appellant autem cōmuniter sarraceni. quia nec ritu nec lingua discrepant ab eis nisi forte tonsura et vestitu. Hic tamē sciendū q̄ adhuc est alius mons seyr siue edom cōtra desertū maris rubri de quo dicit Gen. xiij. q̄ Chodorlahamor et alij reges cum eo percusserūt chorreos qui habitabāt in monte seyr. qui tunc vsq̄z nō dicebatur mons seyr. quia Esau qui z seyr dictus est a quo et mons iste appellatur nondum erat natus. vnde per anticipationē creditur esse dictū. Item Deutro. ij. transibitis p terminos fratrum vestroz filiorū Esau qui habitant in seyr et timebunt vos. hoc p̄imo dictū fuit filijs israel venientibus de egipto cum essent in cadesbarne venturis ad montem seyr qui est iuxta cadesbarne vbi tunc erant. sed certum est q̄ terminos huius montis seyr qui est supra mare galilee nunc̄z acceperūt filij israel cum exirēt de egipto. quia iste mons seyr cōiungitur cum damasco quo nunc̄z peruenerūt. Alius autē seyr mons de quo ibi loquitur cōiungitur cum deserto pharan. quē longo tpe circumierūt filij israel p̄hibiti a domino ne eum tangerent. Et de illo monte seyr dicitur Deutrono. ij. in monte Seyr olim habitauerunt filij israel. In isto autem monte Seyr qui est iuxta mare galilee et montem galaad habitabat Esau illo tempore quo Jacob rediit de mesopotamia syrie cui occurrit iuxta vadum Jaboth vt dicitur Geneſis. xxxij. Est adhuc tercius mons Seyr in finibus azoti z astalonis qui assceptus fuit tribui Juda in distributione terre. sed quare sit sic dictus nō recolo me legisse. habitatores tm̄ loci illius ydumei dicti sunt sicut et alij posteri Esau ab edom ydumei dicebant. Itē ab Accon cōtra austrū ad q̄tuor leucas est chana galilee vbi dñs conuertit aquā in vinū vt habet Johannis. ij. et ostendit ibidē hodie loc⁹ vbi steterūt sex idrie et triclinium in q̄ erat mense. Sunt tm̄ hec loca sicut omnia alia fere in quibus dñs aliquid operat⁹ est hodie sub terra. Et descendit ad illa in criptā per plures gradus. sicut etiā est locus annunciationis z natiuitatis xp̄i. et iste locus in chana galilee et plura alia que ostenduntur sub terra. Cuius rei aliā nō inuenio rationē nisi q̄ p frequētes destructiones ecclesiarū in quib⁹ erant loca ipa ruine sunt sup terrā exaltate et sic eis qualitercūq̄z cōplanatis alia edificia desuper sunt cōstructa. Christiani vero deuotionē habentes visitandi loca ista et volentes ad vera loca vbi res est gesta peruenire. necesse habuerūt loca emundare ad gradus faciēdos vt sic ad ea peruenirēt. Et ideo fere omnia loca ista quasi in criptis videntur. Chana galilee ab aquilone montē habet altū et rotundū. et est in decliuo lateris eius sita. sub se vero cōtra austrū habet campū et planicie valde pulchrā. quā Josephus appellat Carmelcon vsq̄z in sophozū fertilē nimis et amenā. Inde nō longe sunt ciuitates ille quon-

dam prepotentes et preclare Tyrus et Sydon, de quibus etiã supra mentio est habita In quarũ partes cũ secessisset Jesus ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamauit dicens ei. Miserere mei dñe fili dauid filia mea male a demonio vexat ẽ. quam et ipe sanauit vt habet Matthei. xvij. Et est ibi indul. septennis. Multe q3 alie ciuitates t oppida in eodẽ sunt districtu. in quibus legit dñs miracula multa fecisse vt euangeliste tradunt. Inter quas maritima quedã prestat ciuitas quattuor distãs ab Hierusalẽ dietis. que hodie baruti est dicta. portũ habẽs marinũ. Est et ibi nõ longe ciuitas q Cappadocia appellat. vbi sanctus Georgius draconẽ interfecit. Et est ibi indulgẽtia septennis ẽ. Item de baruto ad septentrionalẽ plagã est ciuitas quedã que tripolis nuncupatur vbi est locus ille in quo sancta Marina in habitu virili monachali de crimine accusabatur quasi cũ filia cuiusdã bubulci: carnis ppetrasset peccatũ. Inde pcedendo est ciuitas quedam Leodosia dicta hodie destructa et desolata. vbi tñ inter alias ecclesias quedã est ceteris pulchrior ad sanctũ Saluatorẽ appellata que remansit. Estq3 in ea indulgentia septennis cum totidẽ carenis. Adhuc vlterius pergendo venitur ad Antiochiam ciuitatẽ. vbi sanctus Petrus verbum vite predicans plurimisq3 miraculis coruscans infra septẽ dies plusq3 decẽ milia hominũ baptisauit. vbi etiã cõstituta sibi cathedra multitudo populi ad eum cõueniens quotidie audiebat sanã doctrinã quã sanitatũ efficacia cõfirmabat. vbi et per septenniũ prefuit. vbi etiã primũ oĩm christianũ nomen fuit exortũ. Sunt aũt ibi plures ecclesie. nam et sedes patriarchalis illic plurimo tempore pseuerauit. Et est ibi indulgen. sep. cum totidẽ carenis. Inde pcedendo est ciuitas Accon dicta siue ptolomeida. de qua supra habitũ est. vnde etiã oẽs he diuisiones incipiunt ad alias fm diuersas plagas pcedendo. Ibi sanctus Paulus verbũ vite diu predicauit. Et fuit hec ciuitas quondã sub dñor Rhodensium ditione.

Inde venitur in ciuitatẽ Damascenor inclytã et insignem. itinere sex dierũ ab Hierusalem distantẽ. in qua sanct⁹ Paulus baptismũ suscepit. nõ enĩ longe ab ea locus est vbi subito circumfulsit eum lux de celo et cadens in terrã audiuit vocẽ de celo dicentẽ sibi. Saule saule quid me persequeris ẽ. et cum dixisset. Domine quid mevis facere. ait ad eum dñs. Surge et ingredere ciuitatẽ scz damascũ et dicetur tibi quid te oporteat facere. Ad manus aũt virorr introductus damascũ erat ibi tribus diebus nõ videns et non manducauit neq3 bibit. Tandem post baptismũ accepto cibo cõfortatus est et mansit cum discipulis qui erant damasci per dies aliquot. et cõtinuo ingressus synagogas pdicabat iudeis Jesum affirmans quia hic est christus. Tandẽ cõspirantibus in eum iudeis. et notificatis insidijs eorr per discipulos noctu in sporta per murũ submissus est. vt habetur Actuũ. ix. per totũ. Est etiã ibi domus Ananie qui iussu dñi Paulũ baptisauit. et in hodiernũ vsq3 diem locus ostenditur in muro ciuitatis. vbi a fratribus in sporta fuit dimissus querentiby eum iudeis interficere. Et est ibi indulgentia septennis ẽ. sicut et in loco sue conuersionis de quo supra. qui ad dimidiã leucam distat a damasco. Sed harum ciuitatũ pretermissa vlteriori descriptione. quia nõ venerũt in sortem tribuum filiorũ israel ad cepta reuertamur. // Igitur de chana galilee ad duas leucas cõtra meridiẽ fere in via que de Sepharo tyberiadẽ ducit est villa quedã Rama noĩe in qua Jonas ppheta dicit sepultus fuisse. villa ista est sub monte sita qui de nazareth veniens includit predictã vallẽ Carmeleon a pte australi. De rama ad vnã leucam et fere dimidiam cõtra orientẽ. est villa grandis quondã vt videt noĩe Abelina. de qua legitur Judith. vij. ca. qõ Holofernes vadens cõtra bethuliã venit secus eam. et sic oportebat qr propter difficultatẽ locorum via alia illuc esse nõ poterat. De hac villa creditur oriundus fuisse Heliseus propheta. sicut dicit. iij. Regum. xix. ca. et est in cõtrata illa que dicitur dothaym distans de ipa villa per mediã leucã ptra occidentẽ. Sunt in ea columne multe marmoree et ruine magne que oĩa ostendũt eã fuisse gloriosam. et est in loco alto et firmo sita. De abilina ad vnã bonã leucam est mons bethulie vbi Judith occidit holofernẽ. qui mons p totã fere galileã videt pulcher valde et munit⁹. Sunt in ea adhuc plura edificia et ruine plures. sed et in fine mõtis adhuc castellũ p tuitione mõtis factũ. Ibi etiã adhuc sunt edificia castrorũ holofernis in campo ppe dothaym. et vallis in q

Judith se lauit et quã girauit in bethuliã redeundo. De Bethulia ad duas leucas bonas supra mare galilee inter orientẽ et austrum est ciuitas tyberias. a qua mare galilee mare tyberiadis dictũ aliquotiens inuenitur vt habet Johannis. vi. hec antiquitus dicebatur zenneret̃h que postmodũ ab herode tetrarcha galilee instaurata ad honorẽ tyberij cesaris tyberias est appellata. Ibi christus cũ transiret vidit publicanũ noĩe Aeui. qui et matheus sedentẽ ad theloneũ ꝛ ait illi. Sequere me Qui relictis omnib⁹ surgẽs secutus est eum. et fecit ei cõuiuium magnũ in domo sua ꝛc̃. vt habetur Matthei. ix. et Luce. v. Et est ibi indul. septennis. ¶ Ibi in primo est locus vbi christus filiã archisynagogi a mortuis resuscitauit. expellens prius tibicines et turbam tumultuantẽ ꝛc̃. vt habetur Matthei. ix. Est autem longa valde iuxta litus maris perlongũ sita et sunt in eius australi parte balnea medicinalia. et ruine multe et magne. Palme autẽ multe crescunt ibi. et sunt ibi vinee et oliueta et terra pinguis valde. Dic nota q⁹ in hac ciuitate tyberiadis scz terminat regio que decapoleus appellatur. cui⁹ fines siue extremitates sunt mare ab oriente. et sydon magna ab occidẽte. et hec est latitudo eius. In longitudine vero protendit a ciuitate tyberiade et toto litore aquilonari maris galilee vsq; in damascũ Et dicitur decapolis a decẽ ciuitatib⁹ principalibus sitis in ea que sunt Tyberias. Sephet. Sedes. Neptalim. Asor. Cesarea philippi. Capharnaũ. quã Josephus iuliã appellat. Jacopata. Bethsaida. Corrosaym. Bethsan. que satopol dicebat. Sunt tamen adhuc in ea plures alie p̃ter istas. Dic nota tñ q⁹ terra ista diuersis noĩb⁹ appellat Dicit enĩ vt supra dictũ est nũc yturea. nunc regio traconitidis. nũc planicies libani. nunc terra roob. nunc kabul. nunc galilea gentiũ. nunc galilea superior. et est semper eadẽ regio licet diuersis noĩbus appelletur. et nõ cõtinet multo amplius q; dietã et dimidiã in longum et in latum. neq; videtur mihi q⁹ longitudo excedat latitudinẽ nisi forte in modica quantitate. Post territoriũ autẽ sydonense et montana vsq; barutũ est ꝓprie yturea regio in valle q̃ dicit bakar et quia ad radices libani extendit in longũ saltus libani appellat. De tybariade redeundo cõtra occidentẽ ad sex leucas et de chana galilee ad duas leucas cõtra austrũ est Sephorũ oppidũ et castrũ desup pulchrũ. de quo Joachim pater beate marie virginis dicit oriundus fuisse. De sepphoro ad duas leucas cõtra austrum fere sed modicũ declinando cõtra orientẽ est Nazareth itinere dierũ triũ ab Jerusalẽ ciuitas galilee illa vicz bñdicta in qua virgo de radice yesse exorta ad eã facta angelica salutatione de spiritu sancto cõcepit ventris fructum benedictũ Jesum xp̃m. Distat autẽ ab Accon leucis septẽ. Est hodie in ea permanens locus ecclesia scz quedã in honore virginis gloriose cõsecrata olim quidẽ in veneratione multa habita: sed hodie valde desolata. In eadẽ ecclesia paruula quedã est cappella extructa in loco dñice annunciationis. vbi etiã hodie marmorea quedã manet columna cui virgo ipa fuit appodiata quãdo angelus gabriel missus a deo sibi attulit nuncium salutare dicens. Aue gratia plena dñs tecum benedicta tu in mulieribus.

Tria altaria sunt in capella et est excisa de rupe in petra sicut et locus natiuitatis. passionis. et resurrectionis. Magna quoq; pars ciuitatis Nazareth erat antiquitus excisa in rupe que adhuc apparet. Ibi etiam quondã fuit synagoga. in quam cum post baptismũ dñs venisset nazareth vbi erat nutritus. intrauit ꝑm cõsuetudinẽ suam in die sabbati et surrexit legere. Et traditus est ei liber Esaie ꝓphete. Et vt reuoluit librũ inuenit locũ in quo scriptum erat. Spiritus dñi super me. ꝓpter quod vnxit me. euangelizare pauperibus misit me. sanare cõtritos. predicare captiuis remissionẽ et cecis visum. dimittere cõfractos in remissionẽ peccatorũ. predicare annũ acceptum dñi ꝛ diem retributionis. Et cum cõplicuisset librũ: reddidit ministro et sedit. et omniũ in synagoga oculi erant intendentes in eum. et omnes mirabant̃ in verbis gratie que procedebant de ore ipius. vt habetur Luce. iiij. capitulo.

Est insuper in fine ciuitatis vbi quondã erat ecclesia sancti Gabrielis nuncupata fons quidam siue puteus qui ab incolis veneratioñi habetur de quo hausit aquam sepe vt dicitur puer Jesus ministrans dilecte matri sue. Extra ciuitatem contra austrum forte quantũ quater potest arcus iacere est locus qui vocat̃ saltus domini in monte. in cuius

supercilium iudei duxerunt Jesum vt precipitarēt eum. Ipe autem transiens per medi um illorum ibat. vt habetur Luce. iiij. et est ibi indulgentia septennis. Hoc autem in uentus est christus in latere montis oppositi ad iactum arcus et videntur ibidē adhuc liniamenta corporis et vestium lapide impressa. De monte isto videtur fere tota latitu do campi magni esdrelon. De Nazareth ad duas leucas ptra orientem est mons Tha bor. in quem assumpsit Jesus Petrum et Jacobum et Johannē fratrem eius. et transfi guratus est ante eos. et resplenduit facies eius sicut sol. vestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix. vt habetur Matthei. xvij. In huius montis cacumine est murus ambi ens locum transfigurationis dominice. Intra quem est ortus arboribus cōsitus et fon tibus irriguus. nemo tamen in eo habitat. sed in pede montis multi morantur pagani. Nec enim aliquem hominē dignum arbitrantur: vt in eo monte maneat quem valde venerantur et cognominant pro reuerentia loci montem dei. Estq; plenaria ibi omniū peccatorum remissio.

Ibi etiam hodie ostenduntur ruine trium tabernaculorū siue claustrorum. sm desideri um Petri cōstructorum. Sunt preterea ibidem ruine maxime palatiorū turrium et re galium edificiorum in quibus nunc latitant leones et bestie alie. et sunt ibi venationes regie. Difficilem ascensum habet mōs iste et est altus valde sed aptus pro castro cōstru endo. In pede eius australi cōtra villam Endor in via que ducit de syria in egiptum est locus vbi dicitur Melchisedech occurrisse Abrae reuertenti a cede quattuor regū. vt habetur Genes. xiiij. de cōfinio damasci. Ad pedem vero eius ex parte occidentis con tra Nazareth est capella cōstructa in loco in quo dominus de monte descendens dixit discipulis suis. nemini dixeritis visionē hanc Matthei. xvij. In pede eius orientali de scendit torrens cyson ille in quo barach pugnauit cōtra zisaram et vicit eum et fugauit. Torrens iste cyson collectus de aquis pluuialibus montis thabor et hermon descen dit cōtra mare galilee. et intrat illud iuxta castrum bellifort. quod fuit fratrū hospitalis sancti Johannis. De monte thabor ad dimidiā leucam cōtra curum est villa Endor in monte sita hermonio scz modico. qui hermoniū non est mons per se. sed quasi tumor quidam veniens de monte hermon cōtra montē thabor.

Et in eo est villa Endor sita. de qua dicitur in ps. Dispersierunt in endor. In hac villa mansit mulier habens phitonē que ad instantiā Saulis Samuelē suscitauit. vt dicit i. Regū. xxviij. qui sepultus fuit in Ramathaym sophym fere ad duas dietas de illo lo co. De nazareth ad duas leucas de monte thabor plus vna. cōtra austrum est hermon maior mons in cuius latere aquilonari est ciuitas Naym. cuius cum appropinquaret porte christus. ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue quem et a mortuis suscitauit. vt habetur Luce. vij. Et est ibi indulgē. septennis. Et extenditur mons iste in longitudine fere quattuor leucis cōtra mare galilee. et terminatur non longe a loco isto vbi iordanis fluuius egreditur de mari galilee.

Iterum ad Accon cōtra notum occurret prima pars mōtis carmeli ad quat tuor leucas de Accon vbi locus est in quo helias pheta occidit sacerdotes baal in torrente cyson. vt dicitur. iij. Regum. xviij. qui etiam ibidem post mo dicum spacium mare magnum ingreditur vna leuca a ciuitate Caypha. sed fere ad tres leucas a ciuitate Acconensi.

Et nota de isto torrente cyson q licet in rei veritate videatur et dicatur vnus esse. dupli citer tamē accipitur. quia dupliciter currit. Aliqua enim pars eius currit cōtra orientē ad mare galilee. aliqua vero currit cōtra occidentē ad mare magnum. Et hec diuersitas cursus huius ex eo cōtingit. q quia mons thabor t mons hermon nō longe distant ab inuicem transmittunt ad se inuicem tumorē quendā vt videantur quasi cōtinuari in pe de montis vtriusq; qui tumor maior est ex parte montis hermon. et vocatur hermomū de quo dictum est supra. in quo sita est villa Endor. et iste tumor impedit ne aque plu uiales que cadunt in vtroq; monte descendant ad plagā vnam omnes. Sed pars vna descendit cōtra orientem et ingreditur mare galilee nō longe a ciuitate bethsan. In hoc torrente cyson pugnauit barach cum zysara vt dicitur Judicum quinto.

Alia pars descendit cõtra occidentem ad mare magnum. Et in hoc torrente cyson he-
lias interfecit sacerdotes baal vt dicit.iij. Regũ.xviij. Ad istam tamẽ partem que cõtra
occidentem fluit colliguntur aque multe de monte effraym et de locis samarie propin-
quis.et de toto campo magno esdrelon et maggedo. De loco interfectionis sacerdotum
baal ad tres leucas cõtra austrum est castellũ montis cayn in pede extremo montis car-
meli.vbi lamech cayn sagitta interfecit.vt dicit Genẽ.iiij. Occidi virũ in vulnus meum
ꝛc̃. De cayn monte ad sex leucas cõtra austrũ est maggedo quod nunc subube dicitur.
vbi mortuus fuit ochozias rex iuda quẽ iehu rex israel vulnerauit iuxta iesrael in ascen
su gagaber.quãdo etiã ipse iehu iozam regẽ israel sagitta interfecit ꝛ proiici fecit in agrũ
naboth iesraelite.vt habet.iiij. Regum.ix. In hac eadẽ maggedo occisus est ozias rex
iuda a pharaone rege egipti.quãdo ꝓficiscebat cõtra regem assyriox̃ ad flumen eufra-
ten.vt dicitur.iij. Regũ.xxiiij. Et nota ꝙ campus maggedo et esdrelon et planicies ga-
lilee vnũ sunt et idem sed nomina alia acquisierũt.et appellatur nunc ꝓmuniter campus
fabe a quodã castello fabe dicto.quod distat a ciuitate affeth q̃tum ter potest iacere ar-
cus. Est autẽ in rei veritate campus galilee qui cingitur ab oriente mari galilee et iorda
ne.ab austro monte effraym et samaria.ab occidẽte partim monte effraym partim mon
te carmelo. Ab aquilone montiꝫ phenice et libano. Et videt hr̃e campus iste in longi
tudine decẽ leucas fere.in latitudine sex vel amplius.in partibus aliquibus fertilis su-
pra modũ.in frumẽto vino et oleo.et abundans omnibus bonis mundi.ita ꝙ videtur
mihi ꝙ terrã nõ viderim meliorẽ si demeritis et peccatis nostris nõ impedientiꝫ eam
possent colere christiani. De monte cayn cõtra orientẽ ad duas leucas et amplius casa-
le mesrha est in torrente cyson.per vnã leucam a pede montis hermon. De mesrha vna
leuca cõtra austrum est castellum quod dicit faba.ad cuius latus occidentale extra viã
que ducit iesrael ad dexterã ostenduntur ruine ciuitatis affeth vbi syri pugnauerũt ꝓtra
achab regẽ israel quãdo dixerunt dij montiũ sunt dij eorum.pugnemus contra eos in
campestribus et obtinebimus eos vt habetur.iij. Regũ.xx. capitulo. De affeth ad vnã
leucam cõtra orientẽ ad sinistram extra viam que ducit iesrael in latere australi montis
hermon Suna ciuitas ostenditur quã frequentare solebat heliseus vadens de carme-
lo ad galgala vel iordanẽ. Erat enim planior via eunti in iericho.vbi cum filiꝫ ꝓpheta
rum morabat vadens de carmelo per sunã in bethsan.et inde ꝑ campestria iordanis vsq̃
ad galgala.ideo.iiij. Regũ.iiij.dicitur ꝙ cum vellet ire ad iordanẽ oportebat eum tran-
sire per sunam.et hac occasione eã frequẽtabat. De ipa etiam ciuitate eadẽ mulier mor-
tuo filio suo.venit ad eum in montẽ carmeli.qui distat per quattuor leucas de loco isto.
huius filiũ Heliseus ipse suscitauit.iiij. Regũ.iiij. Ibi castrametati sunt philistiim quã-
do Saul venit in gelboe.i. Regũ.xxviij.et.i. Paralip.x. De ista ciuitate suna fuit abisag
sunamitis.que senem regẽ Dauid calefecit dormiens in sinu eius.iij. Regũ.i. De suna
duabus leucis cõtra orientem fere sed parum declinando ad austrum est bethsan ciui-
tas inter montẽ gelboe et iordanẽ dimidia tantũ leuca a iordane semota.in cuius scz ci-
uitatis bethsan muro philistiim suspenderũt cadauera saulis et filiorum eius in mon-
te gelboe occisorũ.i. Regum vltimo. Dicebatur aliquãdo Batopol vt dicit Josephus
sed nunc ab omnibus bethsan appellatur.et est locus delicatus valde. Supra hanc cõ
tra orientem est mons gelboe extendens se vsq̃ Jesrael ad duas leucas. De bethsan ad
duas leucas ꝓtra occidentẽ.oritur fons magnus ad duas leucas super bethsan. qui di
citur fons iesrael.i. Regum vltimo.vbi philistiim posuerunt castra sua cum esset Saul
in gelboe.inter ipm fontem et bethsan. De fonte isto ad modicũ fere q̃tum bis potest ia
cere arcus est ciuitas iesrael in loco aliquantulũ eleuato sita.quondam vna regalium ci
uitatum in israel.sed hodie vix habet triginta domos.et dicitur hodie Banachim.et est
in pede montis gelboe ad occidentem sita.ante cuius introitum adhuc ostenditur ager
naboth iesraelite.de quo.iij. Regũ.xxi.et distat duabus leucis modicis a ciuitate suna
que est ab ipa ꝓtra aquilonẽ in latere australi mõtis hermon. Isti duo mõtes scz mons
hermon et mons gelboe ita sunt dispositi vt mons gelboe sit ab austro ꝛ hermõ ab aqui
lone ꝛ duarũ modicarx̃ leucarũ spaciũ sit inter eos.lõgitudo vero eox̃ ptendit ab oriẽte

in occidentem. et terminantur ambo in iordane longi duabus leucis vel plus. In planicie vero intermedia multi et magni habiti sunt conflictus. Ibi enim pugnauit Gedeon cõtra madian. Judicũ. vi. Item Saul cõtra philistiim. Item Achitob cõtra syros. ibi etiam tartari cõflixerũt cum sarracenis superioribꝫ temporibus.

Nota autẽ de isto mõte hermon qꝫ adhuc est alius mons eiusdẽ nominis supra regionem traconitidẽ iuxta montẽ sanir qui est multo maior et altior isto. et ille est de quo scriptura in multis locis loquitur nõ iste. In planicie vero que est inter montes istos incipit cõuallis que dicitur illustris ꝓpter sui amenitatẽ et fertilitatẽ. Et extendit a loco isto per totũ descensum iordanis vsqꝫ ad mare mortuũ. Antequ enim subuerteret dñs Sodomam et gomorrã erat cõuallis hec illustris que irrigabat sicut paradisus et sicut egipt⁹ vt dicitur Genes. xiij. Jesrael aũt pulchra habet ꝓspectacula per totã galileam vsqꝫ ad carmelũ et montes phenicie montẽqꝫ thabor et galaad et vltra iordanẽ et totum montẽ effraim vsqꝫ carmelũ. Iter autẽ de monte galaad versus iesrael est in latere australi montis gelboe per viam valde planã de iordane per hermon et salim vbi erat Johãnes baptisans. et per hanc viam venit iehu de ramatha galaad quãdo dixit speculator. video ego globum iehu venientis. iiij. Regum. ix. Nec verum est qꝫ dicunt quidã qꝫ nec ros nec pluuia veniat supra montes gelboe. Verum est tamen qꝫ in quibusdã locis petrosi sunt aridi et steriles sicut alij montes israel. De iesrael quattuor leucis cõtra austrum est gymin oppidum munitũ quidẽ. sed collapsum situm in pede montis effraim. a quo oppido incipit samaria. et terminat galilea. De gymin vsqꝫ iordanez sunt fere septem leuce cõtra orientẽ. et illi parti ab austro cõiungitur terra taphne que habet montes valde altos. De gymin cõtra austrum ad quattuor leucas est ciuitas Sebaste. que quondã samaria dicebat. cum caput esset et metropolis decem tribuũ. In qua subscripti regnauerunt reges israel successiue videlicet Jeroboam. Nadab. Baasa. Hela. Zamri. Amri. Achab. Ochozias. Jozam. Jehu. Joachas. Joas. Jeroboã. Zacharias. Sellũ. Manahel. Phaceia. Phacee. Osee. In hac ciuitate postmodũ precursor dñi sanctus Johannes baptista ab Herode vinctus missus fuit in carcerẽ et ob puelle saltatricis rogatus. immo matris sue adultere pessime misso spiculatore in carcere ipo decollatus vt habetur Marci. vi. Et est ibi indulgẽtia septennis cum totidẽ carenis. Fuit autem ciuitas hec olim maiorẽ immodũ insignis et potẽs atqꝫ munitissima. sed hodie nec vnã habet domũ nisi duas ecclesias desolatas. de quarũ vna que principalis erat⁊ sedes cathedralis. sarraceni fecerunt sibi manerĩ. et maxime de sepulchro eiusdẽ beati Johannis baptiste quod de marmore fuit factum ad instar sepulchri dñici vbi idem sanctus inter Heliseum et Abdiam prophetas fuerat sepultus. Ista ecclesia est in latere montis sita in descensu. Alia ecclesia est in supercilio montis vbi erat palatium regis. hanc inhabitabant quondam greci et quidam monachi christiani. Samaria autem ipsa ad tantam miseriam nunc deuenit vt in reiveritate sit ortus olerum effecta. sicut Achab rex eius facere voluit de vinea Naboth israelite. eo qꝫ esset prope domũ suaz. et reuera nunc iusto dei iudicio nõ solum vinea ipa sed et palatiũ ipm regis est in ortũ olerũ cõmutatũ. Situs huius ciuitatis valde pulcer erat. Erat enim prospectus eius vsqꝫ ad mare Joppen et antipatridã et cesaream palestine. per totum quoqꝫ montem effraim vsqꝫ ramatha sophym et ad carmelũ mareqꝫ iuxta Accon. abundabat fontibus ortis⁊ oliuetis et omnibus bonis mundi istius.

De samaria quattuor leucis cõtra orientẽ sita est Thersa ciuitas in monte alto. in qua reges israel ante cõstructionẽ samarie aliquanto tempore regnauerunt. et erat in sorte manasse. De thersa sex leucis cõtra orientem in via qua itur ad iordanẽ est terra taphne. que inter ceteros montes habet vnum valde altũ. hec similiter fuit in sorte manasse. et protenditur vsqꝫ ad campestria iordanis ꝓtra macheronta. De samaria ad duas leucas cõtra austrũ iuxta viã que ducit sychem in monte alto ad dexterã est bethel mons in quo Jeroboã filius naboth posuit vnũ de vitulis aureis quibus peccare fecit israel.

Inde ad dimidiam leucã ad sinistrã super viam est alius mons altior priore qui vocat dan supra ciuitatẽ sychem. in quo dicunt quidã qꝫ alius vitulus aureus positus fuerat

sed alij tradunt q̄ in ciuitate dan que nunc belenas siue Cesarea philippi dicitur. et hoc videtur Hieronymus potius velle. Eligat quiuis qđ voluerit. certū tamen est q̄ mons iste dan vocatur. Inter istos duos montes sita est ciuitas sichem hodie napolis. siue vt alij dicūt napolosa vocata. amenitate nimia et delitijs abundans sed munita nō est. nec munire potest vllo modo nec aliquid restat. nisi q̄ hostibus accedentibus ad portā vnā habitatores fugiant per aliā si fuerint eis pauciores et inferiores. Est autē in valle media sita inter montes altissimos ita vt intus iacere possit aliquis cum lapide manuali. De porta eius australi q̄tum fere bis p̄t arcus iacere est fons Jacob in via que ducit Hierusalem vbi dñs fatigatus ex itinere sedens super puteum aquam petiuit a samaritana. Supra fontem istum ad dexterā est mons excelsus habens duo capita quorum vnum garisim. aliud ebal appellatur. In monte garisim edificato altari Josue scripsit Deutronomium. et benedicentes stabant et maledicentes. Et de monte ebal respondebāt vt preceptum fuit Deutro. xxvij. Supra montē garisim ostenditur adhuc pbanum antiquissimum Jouis. olim piaci hospitale quod ad instar templi Hierosolymor̄ edificauerat sarrabalach vel saraballa tempore Alexandri macedonis. dux regionis trans flumen genero suo manasse qui voluit esse summus pontifex. et permansit idem templū ibi vsq̄ ad destructionē factā per romanos. et vestigia eius ꝛ ruine adhuc videnť. et hūc mōtem et hoc templū creditur demonstrando. Johā. iiij. .:anuisse. mulier samaritana quando dixit. patres nostri in monte hoc adorauerunt. Ad sinistram fontis huius est oppidum quoddā magnum valde sed desertū quod credo fuisse sychem antiquā. quia ruine eius magne sunt distans de fonte et mansione Jacob q̄tum bis potest iacere arcus. in amenissimo loco situm. nisi q̄ aquis careť. nec vidi alias locū tam fertilem et fecundum. Distat autē de ciuitate que nūc napolis dicitur siue napolosa iactu duor̄ arcuū. ꝛ hanc napolim quidā putant fuisse thebas. Huic fonti adiacet prediū quod dedit Jacob Joseph filio suo extra fratres suos vt habetur Genes. xlviij. et est vallis longa et fertilis et amena nimis. Et nescio eque magnā vallem sibi similem in delitijs. In sychem sepulta sunt ossa Joseph allata illuc de egipto.

De sychem quattuor leucis cōtra austrum iuxta viam euntibus Hierusalē ad dexterā est Lepna casale pulchrū valde. Est tamē alia ciuitas in tribu Juda Lepna dicta. sed ista fuit de tribu Effraym. ¶ De lepna quinq̄ leucis cōtra austruz est oppidū magnas magnū satis. quod fuit terminus tribus effraym contra austrum. nunc dicitur Byra. et fuit quondā fratrū milicie templi. Juxta latus eius australe sunt termini inter tribum effraym et beniamin. De magnas cōtra austrum ad vnā leucam est gabaa Saulis. vbi oppressa fuit vxor Leuite que venit de Bethleem. p qua fere tota tribus Beniamin deleta fuit. Judicū. xix. De ista ciuitate gabaa fuit oriundus Saul filius Cis primus rex israel. De gabaa ad vnā leucā cōtra austrū est villa Rama in monte sita ad sinistrā euntibus in Hierusalē extra viam non longe. De hac creditur dictum illud Jeremie. xxxi. Vox in rama audita est ꝛc̄. De rama ad duas leucas cōtra austrū est ciuitas illa gloriosa Hierusalē ciuitas summi locus vtiq̄ sanctus quē elegit dñs vt esset nomē suū ibi ꝛc̄. Nota tamen prius q̄ plures sunt ville in terra sancta que dicunť Rama vna iuxta thecuam circa viam que ducit in Ebron. Alia in tribu neptalim nō longe a castro Zephet Tercia est ista de qua hic dicitur. Quarta sylo que similiter Rama dicitur. Rama autē excelsum interpretať. et reuera omnes iste ville in collibus excelsis sunt site. De sychem igitur procedendo p̄tra austrum ad iordanem primo ad quattuor leucas est Emon oppidum valde bonum in ameno loco situm. abundans quondā omnibus bonis. Et fuit de sorte effraym. De emon ad quattuor leucas cōtra orientem in descensu montis effraym ad duas leucas a iordane in campestribus est Zephet casale vbi torrens carith descendit de monte. iij. Regum. xvij. in quo mansit Helias quādo corui deferebant ei cibum mane et vespere.

De zephet ad vnā leucā ad sinistrā versus terrā tophne ē castrū Doch in quo ptolome? filius Abobi insidiose cepit simonē. i. Machabeo. vlti. In loco isto multū plane videť terra galaad et duarū tribuū et dimidie. Terra eschon ꝛ mōtana moab mōs abarym et

phasga et nebo. et descenditur hic in campestria Jordanis. et sunt loca plana vsq; in Jericho et vltra per totū descensum iordanis vsq; ad mare salinarū. mōtes etiā abarym et phegor et phasgā et nebo sunt directe cōtra locū istum vltra iordanē. ¶ Sciendū etiā q; ab ortu iordanis sub monte libano vsq; ad desertū Pharan fere p centū miliaria et amplius ipe iordanis in vtroq; litore campos latos et amenos habet. et postea idē campi circundant montibus altissimis hincinde vsq; ad mare rubrū. De zephet fere cōtra austrum sed tamē declinando parū cōtra orientem ad quinq; leucas est locus galgala vbi longo tempore castrametati sunt filij israel transito iordane. et fuerūt ibidē quidā ex eis circumcisi. ¶ De galgalis ad dimidiā leucā eundo in Jericho ad dexterā vltra viā est mons quarentena dictus vbi dñs quadraginta diebus z noctib⁹ ieunauit altus mons et difficilis ad ascendendū. sed tentatis est dñs ipe in alio monte. qui per tres leucas distat ab isto supra in deserto a latere bethel et hay australi. ¶ Subter quarentena fere ē̄tū bis potest iacere arcus. oritur fons helisei et effluit cuius aquas sanauit heliseus. quia amare erant et steriles. Hic fluit iuxta locū galgale a pte australi. et impellit ibidē magna molendina. et postea diuisus in riuos plures rigat cānamellas et ortos vsq; Jericho et infra. et influit in iordanem.. ¶ Juxta galgala ad dimidiā leucam cōtra austrū est vallis Achor sub monte vbi lapidatus fuit idē achor p furto anathematis:

De galgalis cōtra orientē ad vnam leucā Jericho ciuitas sita est quondā gloriosa. sed nunc vix octo habet domos. et sunt ibi vix vestigia ville. et omnia monimenta sacrorū locorum in ea penitus sunt deleta.

De Jericho ad duas leucas post iordanē est capella in honore sancti Johannis baptiste facta. vbi creditur dñs baptisatus. credunt tamē quidā iuxta salim hoc factū esse. sed ecclesie solennitas cōtradicit. Que facta sunt in Jericho satis sunt nota.

De Jericho ad duas leucas iuxta mare mortuū est bethagla vbi filij israel planterunt patrē suum Jacob mortuū quādo eum tulerūt de egipto Genesis. l. Distat autē ad vnā leucam de iordane et habitabant ibi quondā monachi greci. De Jericho tribus leucis de iordane est capella sancti Johannis et mare mortuū quod lacus aspalti id est bituminis vel mare salis dicitur. Istud diuidit arabiā et iudeaz. et est in litore eius orientali terra moab et amon et mons seyr.. et extenditur vsq; ad cades barne et desertū pharan. Ostenditur circa medium eius in litore orientali mons roob qui antiquitus petra deserti dicebat. nunc vero Crach dicit. castrum munitū valde. qō Balduinus rex postea Hierusalem edificauit p regno Hierusalē dilatando. Sed nūc Soldanus tenet illud et reponit ibi thesaurū totius egipti et arabie. De Crach ad duas dietas cōtra vulturnum est arcapolis nunc petra dicta. metropolis totius arabie secunde. olim tamē Ar dicebatur. et erat in torrente Oron sita in cōfinio Moabitarū et Amonitarū et Amorreorum. In eodem litore est locus vbi Balaam fuit ductus in montana moab vt malediceret filijs israel. De Jericho quinq; leucis cōtra affricū est Segor oppidum sub monte Engaddi inter quē et mare mortuū est statua salis. in quam vxor Loth fuit versa. Genesis. xix. pro qua videnda multo labore opus est. Habet aūt mare mortuū in latitudine que protenditur ab oriente in occidentem sex leucas. In longitudine que protendit ab aquilone in austrum dicunt sarraceni q; habet quinq; dietas summe tenebrosas sicut est caminus inferni. multa dicuntur z scribuntur a diuersis de mari isto que pertranseo tanq; multis nota.

Dic tamen nota q; de vapore huius maris tota vallis illa que dicebatur quondā illustris et vere dico q; a fine huius maris qui est in deserto pharan vsq; supra Jericho ad dimidiam dietam fere reddita est inutilis. ita vt nec gramen proferat nec germen aliqō omnino per totam latitudinē suam. que quinq; vel sex est aliquādo leucarum. nisi iuxta ciuitatem Jericho vbi cānamellis et ortū rigant de fonte helisei. Et o tremendū p certo dei iudiciū qui per tot secula annorū peccatuz adeo persequitur sodomorū q; etiā terra penas ipas luit p tot milia annor.. A dextris insuper et a sinistris montes steriles sunt et aridi. vel barbare habitatōis p stadia longa terrarū. vbi vapor idē ptingere pōt vento impellente. Dicūt quidā iordanem aquas suas nō miscere. sed priusq; illuc veniant

a terra absorberi. Sed sarraceni pro certo dicũt q̃ intrat ⁊ exit. sed post modicũ spaciũ de exitu suo a terra absorbetur. Excrescit aũt mare istud interdum de resolutione niuiũ de libano et aliis montanis. de inundatione iordanis et torrentis iaboth et hermon. et sareth. de pluuiis cadentibꝫ in galilea monte galaad. terra moab. et amon. et seyr. de quibus omnibus aque descendunt per iordanem ad mare istud. Inuenitur etiam in eo bitumen collectum de fundo ipius quod vento agitante adheret sibi mutuo. et appulsum litoribus tollitur in magna quãtitate. et est medicinale. et forte nõ soluitur nisi menstruo sanguine. et appellatur gluten iudaicum. Vnde et lacus idem aspalti et bituminis appellatur. Dicitur enim Genes. xiiij. q̃ vallis siluestris que nunc est mare salis. habebat puteos multos bituminis. et hodie sunt plures in litore eius. Et hec de isto mari dicta sufficiant. ¶ De galgale loco de quo dictus est supra tribus leucis de fonte helizei tantundem ꝓtra aquilonem in montanis a latere aquilonari quarentene. est Hay ciuitas quã expugnauit Josue rege interfecto. vt dicitur Josue. vi. De hay ad vnam leucam fere cõtra aquilonẽ sed aliquantulũ declinando ad occidentẽ est Bethel ciuitas que quondã Vsa diebatur. in tribu beniamin vbi Jacob vadens cõtra occidentẽ quando fugit a facie Esau fratris sui lapidem capiti supponens obdormiuit. et vidit scalam stantem. super terram et cacumen eius tangens celos. Genesis. xxviij. et erexit lapidẽ in titulum. et appellauit nomen eius Bethel. De Bethel ad vnam leucam contra aquilonem versus Rama que de sylo dicitur. est palma Delbore vxoris Lapidoth. que iudicauit israel. et Barach misit ad pugnandũ cõtra Sisaram in monte Thabor. Judicũ. iiij. De bethel ad duas leucas de Hierusalẽ tribus nõ longe a Rama beniamin est Anatoth viculus sacerdotum modicus. a quo Jeremias prophecta exiuit oriundus. Juxta anatoth inter orientem et austrum. incipit desertum illud quod est inter Hierusalem ⁊ Jericho. quod nunc desertum quarentene dicitur. et extenditur vsq̃ supra Galgala vsq̃ ad desertũ cõtra Thecuam et Engaddi iuxta mare mortuum. Supra mare mortuũ in litore eius occidentali de Segor ad vnam leucam est ascensus montis Engaddi. in quo aliquando inuenitur Dauid latuisse cum Saul persequeret eum. In circuitu montis illius et in ipo erat quedã vinea balsami. sed tempore Herodis magni Cleopatra regina egipti in odium ipius Herodis. fauente sibi Anthonio. transtulit eam in Babyloniã egipti. et cultores balsami dicunt q̃ a meridie sabbati vsq̃ ad diem lune boues nullo mõ trahere possunt aquã illam etiam si in frusta cõcidercntur. Ortus habet in longitudine quantũ bis potest iacere arcus. in latitudine iactum lapidis. et nunc nõ colitur vinea balsami in egipto nisi a christianis. et rigatur de quodam fonte in quo dicitur beata virgo sepe puerum Jesum baptisasse. sunt tamẽ surculi vineati ualde nobiles in engaddi sed nõ colũt eos sarraceni. et christiani non habitant ibi qui colere possent eos. Sub engaddi iuxta mare mortuũ sunt arbores pulcherrime. sed fructus earũ quãdo decerpitur interius fauilla et cinere plenus inuenitur vt supra habitũ est.

Montes engaddi alti sunt valde et sunt mirabilis dispositõnis prerupti rupibus et vallibus. qui etiam videntibus incutiant horrorem.

De Jericho ad quattuor leucas cõtra occidentẽ via q̃ ducit in Hierusalem. ad sinistrã quarentene est castrum Adomyn vbi ille qui descendit ab Hierusalem in Jericho incidit in latrones. Luce. x. quod modernis temporibus multis cõtingit ibidem. et ab effusione frequenti sanguinis locus ille nomen accepit. Est enim horribilis visu et periculosus valde. nisi aliquis vadat sub cõductu.

De adomyn ad duas leucas cõtra occidentẽ est bathurim de tribu beniamin. de quo fuit Semei filius gemini. qui maledixit Dauid quando fugit a facie Absolon. vt dicit. ij. Regũ. xvi. Et est castrum satis pulchrum ⁊ in monte alto situm. Subtus vero in valle cõtra orientem in via regia de Adomyn est lapis qui vocatur beon filij ruben magnus in modũ clibani. et videtur esse marmor. De bathurim ꝓtra occidentẽ quantum bis potest iacere arcus loco proximiori est Bethania castellũ marthe et marie. ante cuius introitum minus q̃ sit iactus lapidis iuxta cisternam in campo ostenditur locus vbi dño bethaniam venienti primo occurrit martha. et postea maria ab ea vocata. Johã. xi. In

bethania adhuc ostenditur domus Symonis leprosi.in qua recubuit dominus Jesus quãdo maria magdalena venit ad eum afferens alabastrum vnguenti.et stans retro secus pedes eius lachrymis cepit rigare pedes eius.z capillis capitis sui tergebat.et oscu labatur pedes eius et vnguento vngebat.vt habetur Luce.vij. Ista domus Barthe in qua fuit sepius hospitatus dominus est hodie ecclesia in honore ei⁹ et marie magda lene fabricata. Sepulchrũ autẽ Lazari de quo resuscitatus fuit nõ longe est ab illa ecclesia.vbi etiam est facta capella valde decens et pulchra et monumentũ eius marmore tectum. Sarraceni multũ honorant sepulchrum istud,pter miraculũ resuscitatiõis ibi factum a dño. Recedendo de bethania nondum videtur Hierusalẽ propter montem olyueti interpositũ.sed ostenditur primo tumor quidã terre.et videtur pars quedam ciuitatis dilecte cum monte syon. Descenditur igitur de monte et iterum ciuitas dilecta occultatur.

Item sub latere orientali montis olyuete iuxta bethphage que ad iactum lapidis dimittitur ad sinistram sub monte offensionis in valle.viculus valde paruus ascenditur per latus australe et giratur mons olyueti.venitur̃q ad locũ vbi dominus asinum ascendit et cõtinuo resplendet ciuitas cum templo et ecclesia sancti sepulchri et sanctis locis ceteris. Venitur ergo ad descensum montis olyueti vbi turbis precedentibus et sequentibꝰ clamantibus q̃z osanna filio dauid.et letantibus super benedicto eius aduentu ipse videns fleuit amarissime super illaz. Inde,pcedendo venitur inter locum orationis eius in agonia et locum captiuitatis eius in gethsemani. Transitoq̃ torrente cedron venitur in golgatha vbi crucifixerunt eum ẽ.

Qterum ad descriptiones partis terre que adhuc restat redeam⁹. De Hierusalem igit̃ pcedendo duas leucas cõtra angulũ qui est inter occidentẽ z septẽtrionem est mons sylo qui et distat de gabaa saulis vnam leucã et plus.et de rama benyamin similiter. In hoc loco fuit arca domini longo tempore.et tabernaculũ federis quod fecerat moyses in deserto. De ista ad vnã leucam paruã est Gabaon ciuitas de tribu benyamin sita in eodẽ monte.vnde et ibi dicit fuisse excelsum maximum. Istius ciuitatis incole miserũt ad Josue in galgala nuncios audientes cuncta que fecerat Josue iericho z hay.callideq̃ cogitãtes tulerunt sibi cibaria.saccos veteres asinis imponẽtes.et vtres vinarios scissos atq̃ cõsutos.calciamentaq̃ perantiqua.que ad iudicium vetustatis cõsuta erant.induti veteribus vestibus. Panes q̃z quos portabant obuiaticum duri erant.et in frusta cõminuti.et ita venientes ad Josue omnẽq̃ simul israel dixerunt. De terra longinqua venimus/pacem vobiscum facere cupiẽtes,zẽ vt habetur Josue.ix.c. De Hierusalẽ ad quattuor leucas contra occidentẽ est Emaus castellum vbi dominus ambulãs cum duobus discipulis in specie peregrini/agnitus in fractione panis.hec villa hodie Alicopolis appellatur.

De Hierusalem tribus leucis sub monte syon̄a occidentẽ est Bothoron inferior de quo fit mentio in libro Josue et Bachabeoz et est de tribu benyamin. De Hierusalẽ ad quattuor leucas et dimidiã cõtra occidentẽ euntibus Dyopolim siue liddam est Cariathiarim que fuit vna de vrbibus gabaonitarũ.in qua viginti annis mansit arca domini postq̃ de philistijm est reducta. De cariathiarim ad duas leucas fere cõtra occidentem est Lachis similiter vna de vrbibus gabaonitarũ.cuius mentio fit.xij. Regũ xviij.quam obsedit sennacherib tempore Ezechie.et fuit de tribu benyamin. De cariathiarim ad duas leucas cõtra austrum fere est Bethsames oppidum quod ad differentiam alterius bethsames que in neptalim est dicitur bethsames Jude. Attamen in rei veritate erat de tribu Dan que fuit circa sortẽ Jude iuxta mare. In campo huius ville due vacce de accaron reduxerunt arcam domini quãdo bethsamite metebant triticũ in valle et mortui sunt de ipis.lxx.viri et quinquaginta milia plebis eo q̃ vidissent arcam dei nudam.vt habetur.i.Regũ.vi.

De Hierusalem ad duas leucas cõtra occidentem est Ramatasophym partim de tribu benyamin et partim de tribu effraym erat sita ĩ in monte effraym. Planicies enĩ illa sic appellat̃.licet mons nõ sit sed campus planus. Dicta etiam fuit Aromathia de qua fuit

Joseph nobilis decurio qui sepelíuit dñm Jesum christuz. Samuel ꝓpheta fuit de ea oziundus et in ea sepultus. hodie dicitur ramula. De ramula vel ramatha ad tres leucas cõtra occidentẽ est Joppe ciuitas que et Japha dicit. vbi Jonas intrauit nauẽ volens fugere a facie dñi in tharsis. hoc est ad insulas maris vt habet Jone. i. In ea quondam erat princeps apostoloz. Petrus hospitio detentus apud symonẽ coziariũ. cuius domus erat iuxta mare. In qua etiam ipe petrus hospitio recepit viros quos ad angeli monita Cornelius centurio de cesarea miserat ad accersiendũ eum ad se. vt habet Act. x. Ex eadem domo sub rupe posita facta est postmodũ cappella in honoze sancti Petri cõsecrata hodie desolata. Sunt etiam ibi scopuli in mari ad quos fm fabulas Andromoda filia Thephei religata fuit deuozanda a belua marina. sed a rege perseo liberata. Sub ea est iamnia portus alius quondã iudee ad duas leucas cõtra austrum. quẽ portum cepit Judas machabeus et succendit cum nauibus. ita vt ignis in Hierusalẽ videretur. vt habetur. ij. Machabeoz. xij. De Hierusalem ad duas leucas cõtra austrũ sita est Bethleem ciuitas illa veri dauid oztu insignis in sinistra parte vie que ducit Ebron extra viam tamẽ ad iactum arcus vnius. prius tamen occurrit sepulchrũ Rachelis ad dexterã iuxta viam cui piramis pulchra imminet quã edificauit Jacob in titulum monumenti Rachelis. superponens eidem super tumbam duodecim lapides grandes fm numerũ filioz. israel. qui hodie ibidem sunt. Juxta sepulchrũ inueniuntur quidã lapilli nigri omnino sicut cicera dispositi. quos ibidẽ solent colligere peregrini propeter mira quedam que ibi dicuntur fuisse facta. Cõtra vero ciuitatẽ bethleem est turris Ador siue gregis vbi Jacob dicitur aliquãto tempoze post mortem Rachelis mansisse et pecoza sua pauisse.

De Bethleem ad quinq; iactus arcuum fere est locus vbi pastores custodientes vigilias noctis super gregem suum in hoza natiuitatis christi viderunt et audierũt angelos cantantes. Gloria in excelsis deo. Qui etiã nunciauerunt natum esse mundi saluatorẽ. Bethleem vero sita est in monte alto sed arto. qui ab oriente in occidentẽ in longitudinẽ se extendit. Ab occidente habet introitum et ibi est cisterna iuxta portam de qua dauid desideranit bibere cum esset in ꝑsidio ⁊ statio philistinoz in Bethleem. et tres fortissimi per media castra philistinoz perrexerunt et hauserũt aquam de cisterna bethleem que erat in porta et attulerunt ad Dauid vt biberet. vt habetur. i. Paralip. xi. ca. In fine vero orientali ciuitatis eiusdem sub rupe quadã que erat iuxta murum ciuitatis et videtur fm morem terre illius fuisse locus pro stabulo. habens presepe excisum in petra vt ibi moris est facere presepia. oztus est huic mundo de virgine matre sol iusticie christus Jesus deus noster. Ostendens se sua natiuitate sordes et tenebras mũdi ablaturũ eo q; in sordibus nasci et oziri voluit talis loci. Juxta predictã vero rupem est alia capacioz quattuoz tñ pedibꝫ distans. sub qua erat presepe in quo dulcis puer ille moz natus coram boue et asino pannis inuolutus fuit reclinatus. videtur mihi ꝙ certo vna tantũ rupes fuisse. sed factum est ostium in medio per rupem per quod in chorũ de cappella illa est ascensus. Ad locum autẽ dulcissime natiuitatis descendit ab ecclesia in cappellã per decem gradus cuius cause superius assignate sunt. Est aũt cappella illa tota interius facta de opere musino et strata marmoze et sumptuose valde facta. Super locum illũ vbi beata virgo peperit potest dici missa super tabulam marmoreã que strata est ibi. De lapide etiam nudo videtur ibi pars vbi natus est christus. Similiter etiã pars quedam presepis in quo iacuit christus relicta est nuda. que loca fideles deuotissime osculant. Non vidi nec audiui aliquẽ qui dixerit se ecclesiam vidisse tam deuotã in toto ozbe terrarum sicut est ecclesia bethleemitana. Sunt enim in ea columne marmoree per quattuoz ordines dispositi nobilissime. nõ solũ multitudine. sed magnitudine stupende. preterea nauis ipa ecclesie desuper columnas vsq; ad trabes facta est de opere musino pulcherrimo et nobilissimo de oĩbus historiꝭ a creatione mundi vsq; ad aduentũ dñi ad iudicium. Totũ etiã superpauimentũ ecclesie stratuz est marmoze diuersoz colorũ. qõ mira varietate pictura decorat. quarũ preciũ fm opinionẽ multoz nõ potest estimari. Sarraceni quidẽ omnes ecclesias beate virginis honorant. sed precipue istã que est in

bethleem. Soldanus vero vidēs in ecclesia ista ornatū et tabulas et columnas omnes pretiosas valde. precepit omnia deponi et portari in babiloniā. volens inde palatium suū edificare. Mira res artificibus cum instrumētis accedentibꝫ ipo adhuc Soldano astante cum multis alijs. de sano et integro pariete quē nec acus videbatur posse penetrare serpens mire magnitudinis exiuit. primecꝫ tabule que occurrit dedit morsum. tabula per transuersum crepuit. secundā adijt. terciam et quartā. deinceps vsqꝫ ad tricesimam. et sic omnibꝫ accidit oibus stupentibus. etiā ipo Soldano cōtinuo ꝓpositum reuocante serpens disparuit. Remansit igitur ecclesia et remanet vsqꝫ hodie sicut prius. vestigia tū corporis serpētis apparent vsqꝫ hodie in singulis tabulis quas trāsiuit quasi cōbustio quedā igne facta. Et super omnia mirabile videtur quō serpens ille potuerit sic transire in pariete qui erat planus et polit̄issimus sicut vitrū. In exitu huius ecclesie cōtra aquilonē est ambitus claustri qō fratres aliqui minores hodie inhabitant. Loca sacra huius ecclesie et claustri superius sunt etiā designata et descripta vnde hic trāseo. De ecclesia ista ꝗstum iactus est lapidis fere cōtra orientē est ecclesia sancte Paule et eustochium filie eius. vbi sunt etiā sepulchra earundem. De bethleem ad dimidiā leucam est villa quedam cōtra occidentē noīe Bezech que abundabat quondā optimo vino ita ꝙ in terra illa nō inueniebatur melius. In hac villa captus est Adombezech a filijs israel cesis summitatibus manuū eius et pedum qui dixit. lxx. reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebāt sub mensa mea ciborū reliquias. Sicut feci ita reddidit mihi deus. Adduxeruntqꝫ eum filij israel in Hierusalem et ibi mortuus est vt habetur Judicū. i. capitulo.

De bethleem ad sex leucas ꝓtra orientē supra mare mortuū est mons Engaddi de quo dictum est supra. De engaddi tribus leucis cōtra austrum est collis Achile qui postea edificato ibidem ab Herode castro inexpugnabili Hessida est appellatus. In hoc loco Dauid saulem fugiens dicitur aliquotiens latuisse. vt habet. i. Regū. xxiij.

De bethleem ad duas leucas contra collem achile est ciuitas Thecua in monte sita. de qua fuit Amos ꝓpheta qui etiaꝫ sepultus ibidem est. quē Ochozias rex israel vecte per tympora tranfixum interfecit. huic ciuitati adiacet desertū thecue. Inter thecuam et engaddi est vallis benedictionis. vbi Josaphat rex Juda pugnauit cōtra ydumeos et filios Amon et vicit eos. Juxta hunc locum ad vnā leucam ad sinistram cōtra desertum quarentene est castrum quoddā ab herode magno edificatum. quod herodium dicit in alto loco situm. vbi idem est sepultus vt dicit Josephus. De thecua ad quinqꝫ leucas inter orientē et austrū est Ziph oppidū iuxta desertū qō etiā ziph dicitur. vbi legitur david similiter latuisse. vt habet ꝓmi Regū. xxvi. Huic cōtra austrum adiacet desertum maon in quo est mons carmelus vbi habitauit Nabal carmelus. vt dicitur. i. Regum xxv. qui nuncios Dauid repulit. Cuius etiam vxorē Abigail duxit dauid eo mortuo. vt habetur ibidem. Deserto maon inter austrum et orientem adiacet mons seyr alius in ydumea quam terram longo tempore filij israel iussi sunt circūire. Deutro. iij.

Deserto maon cōtra austrum adiacet terra Amalech quam iussus est Saul subuertere. i. Regum. xv. interfectis habitatoribus eius. Ante terram amalech cōtra maris mortui linguam est cadesbarne. de quo loco Moises misit duodecim exploratores ad cōsiderandum terram chanaan. et dixit ad eos. Ascendite ad meridianā plagam. Cumqꝫ veneritis ad montes considerate terram qualis sit et populum qui habitator est eius rē. Cōfortamini et afferte nobis de fructibus terre illius. Erat autē tempus quando iam precoque vue vesci poterant. vt habetur Numeri. xiij. Ibi etiam longo tempore manserunt filij israel et inde iussi sunt montē seyr circumire et redire in desertū per viam maris rubri. De bethleem ad tres leucas cōtra austrum in via que ducit chron est bethzacha villa in alto loco sita cui ad austrum adiacet alia villa Rama noīe excelsa valde in qua in colle sublimi stans potest videre totā terram Arabie vsqꝫ ad montē seyr et omnia loca circa mare mortuū et loca latibulorꝫ dauid iordanem insuper vsqꝫ sethym et vsqꝫ ad montem abarim. Cōtra occidentē vero totum litus maris magni ab Joppe vsqꝫ gazā et bersabee vsqꝫ desertum seyr. totam insuper terram philistijm a ramathasophym per

Beth et Acharon et Azotum et Jamniam et Ascalonē cum omni planicie sub monte iuda. De Rama plus q̄z leuca vna ad dexterā prope viam regiam que ducit Ebron est mambre. vbi habitabat Abraam longo tempore. vbi sedēs ad radicē mambre in ostio tabernaculi sui. vidit tres viros descendentes per viam quos etiam recepit hospicio. vt dicitur Genē. xviij. Ilex illa hodie ibidē ostenditur ante ostium tabernaculi Abrae. Verum illa vetus aruit. sed de radice eius alia nata est. et habet folia paulo maiora q̄z lentiscus. sed fructū omnino sicut quercus. De ilice mambre per dimidiā leucam ad dexteram iuxta viam est Ebron illa vetus ciuitas que hodie omnino est destructa. et sunt ruine eius magne valde et videt fuisse satis gloriosa. De ista ciuitate q̄stum arcus potest iacere cōtra austrū fere et tamē declinando ad orientē est Ebron noua edificata in loco illo vbi erat spelunca duplex in qua sepulti sunt Adam et Eua. Abraā et Sara. Isaac et rebecca. Jacob et Lya. Sarraceni circa hanc spelunca duplicem que erat quondaz ecclesia cathedralis edificauerunt munitionē firmam valde.

De spelunca dupleci cōtra occidentē q̄stū iacere pt arcus bonus est ager Damascenus. in quo loco plasmatus fuit Adam. Ager iste in reiveritate rubeam valde habet terram que est omnino flexibilis sicut cera quā sarraceni portant in camelis in egiptū. in ethiopiam et indiam et ad loca alia. pro speciebus valde charis vendentes eam. et tm modica apparet fossio illo in loco. Dicit enī q̄ semp anno reuoluto q̄stumcunq̄z magna facta sit fossio semper miraculose repletur. Dicit etiā q̄ quicūq̄z terrā istam secū portat nulla bestia cum offendit. hominē insuper dicitur a casu cōseruare. Vallis ista circa Ebron fertilis est nimis et amena supra modū et delectabilis ad manendū.

De fossa ista cōtra austrum ad iactum arcus est locus vbi cayn fratrem suum occidit sicut dicitur Genesis. iiij.

Item de fossa eadem cōtra occidentem q̄stum bis potest iacere arcus in monte quodaz a latere ebron veteris australi est spelunca quedā in rupe in qua Adam et eua interfectū Abel filium suum luxerūt centum annis. Sunt hodie in spelunca lecti singulorum et fons intus scaturiens de quo bibebant. Et habet fere pedes triginta in longitudine et latitudine spelunca ista.

De ebron ad duas leucas cōtra austrum est dabir que est cariathsepher id est ciuitas litterarū quā cepit ottoniel filius zenez frater caleph iunior et dedit ei axam filiam suam vxorem et irriguum superius et inferius. vt habet Josue. xv.

De ebron ad duas leucas cōtra aquilonem fere sed declinando partim cōtra occidentem est Hecelleschol id est torrens botri vel vallis lachrymarū. vnde exploratores tulerunt palmitem cum vua sua quē portabant in vecte duo viri. de malis quoq̄z granatis et de ficis loci illius vt habetur Numeri. xiij.

Ad leuam huius vallis per dimidiā leucam descendit riuus in quo Philippus baptisauit virum ethiopem eunuchū candacis regine ethiopum qui erat super omnes gazas eius: veneratq̄z adorare in Hierusalem et reuertebatur sedens super currum suum cē. vt habetur Actuū. viij.

De ncelleschol quattuor leucis cōtra Hierusalē est domus Zacharie in quam intrauit beata virgo et salutauit Elizabeth. Vbi etiā natus est sanctus Johānes baptista.

De domo illa ad duas leucas contra aquilonem est Nobe ciuitas sacerdotū que nunc bethenopol dicitur in via que ducit dyopolim et ramatha vbi dauid ab abimelech sacerdote accepit gladiū goliath gethei. vt habetur. i. Regū. xxi.

De Bethleem ad vnam leucam et plus via que ducit thecuam sepulchrū est sancti karioth abbatis cum suis monachis qui omnes co migrante migrauerunt. et fuit quondam cōcursus magnus ad locum istum.

Iterum pergendo cōtra austrum quattuor leucis de Accon occurrit ciuitas cayphas sub pede montis carmeli aquilonari.

De caypha ad tres leucas cōtra austrum est peregrinorū castrum munitissimū. situm in corde maris. quod quondā fuit fratrum militie templi.

De caypha ad vnam leucā est spelunca Helie et mansio Helisei. et fons vbi habitabāt

filij prophetarū in carmelo.

¶ De castro peregrinorum ad quattuor leucas est Cesarea palestine metropolis/ que quondam fuit sedes archiepiscopalis. hec primo dicebatur Dor postea Pirgus stra conis. Sed Herodes magnus eam instaurauit et cesaream appellauit in honorem cesaris. de cuius structura et munitione Josephus multa scribit. Cingitur ab occidente mari magno. ab oriente palude quadā dulci et pfunda. in qua est multitudo cocodrillorum. Situm quidē habuit firmū cesarea. sed hodie penitus est destructa. Mansionem in ea habuit Philippus et filie eius quattuor virgines pphetisse Actuū. xxi. Petrus etiā in ea baptisauit Cornelium centurionē. Actuū. x. qui primus in ea fuit episcopus. Paulus etiā in ea corā rege agrippa et felice preside cōtra tercullum oratorē elegantissime disputauit. Actuū. xxiiij. ¶ De cesarea ad tres leucas cōtra austrum est villa quedam hodie Assur dicta. quondā tamen antipatrida dicebatur. ab antipatre patre herodis magni que fuit quondā fratrum hospitalis sancti Johannis. ¶ De assur ad quattuor leucas cōtra orientem est manerich nunc katho dicta. et fuit de tribu Manasse in planicie sub monte Effraim sita nō longe a monte Saron. In hac presidium militū posuerunt sarraceni cōtra castrū peregrinorū quādo ipm expugnauerunt.

De katho quattuor leucis cōtra austrum est mons Saron et oppidū sarona. cuius mētio fit in actibus apostolorū.

De Assur sunt quattuor leuce vsq; Joppen que est super mare sita. De hac dictum est supra. ¶ De Joppe quattuor leucis est Geth nō longe a mari sita quondā vna de ciuitatibus philistinorū. sed nunc modicū casale est et vocatur ybilyn in colle situm. ab ea p prie incipit terra philistinorum.

De geth ad duas leucas cōtra austrū est bethsames iuda. de qua dictū est supra.

De bethsames ad duas leucas cōtra austrū in monte iuda videt mons modyn de quo oriundi erant Machabei. et monstrant hodie sepulchra eorum illuc etiam pcul ita vt videantur in mari. quia altus est situs loci. ¶ De bethsames fere ad quattuor leucas cōtra austrum nō longe a mari est Accaron ciuitas secunda de quinq; vrbibus philistinorum nunc modicū est casale tñ adhuc antiquū nomen retinet.

De accaron ad quattuor leucas cōtra austrū est Azotus tercia de quinq; ciuitatibꝫ philistinorū per vnā leucam distans a mari. et est nunc similiter casale satis paruū.

De ioppe ad duas leucas est Lydda siue diospolis de qua dictū est supra. Inde ad duas leucas cōtra orientē fere sed tamen aliquantulū cōtra aquilonē est lebna nō longe a lachis quā cepit Josue et obsedit sennacherib. sicut dicitur. iiij. Regū. xviij. Inde tribꝫ leucis via que ducit in gabaon est Azecha oppidū et maceda q̄ ambo cepit Josue cum liberasset Gabaonitas vbi se in spelunca absconderūt quinq; reges. vt habetur Josue x. ¶ Inde tribus leucis cōtra orientē nō longe a Nobe est Sochot iude iuxta vallem therebinthi. vbi dauid puer in funda et lapide interfecit Goliam getheum. vt habetur i. Regum. xvij. ¶ De nobe que nunc bethenopol dicitur sunt tres leuce vsq; in Emaus que hodie Nicopolis appellatur. ¶ De emaus vna leuca et dimidia ascenditur per vallem raphaym a latere domus zacharie que relinquitur ad dexterā euntibus in hierusalem. Et de eadem domo per vnam leucam et dimidiā est castrū valde munitū Bethsura dictum. situm in latere montis cōtra bethleem qō edificatū fuit tempore machabeorum. et per fraudem cepit illud Antiochus adolescens. Distat autē per dimidiā leucam et parum amplius de hierusalē. ¶ De azoto sex leucis cōtra austrum est astolona quarta ciuitas philistinorū in litore maris sita formā habens semicirculi munita valde. et est quodammō robur sarraceno; in illa. De astolona quinq; leucis cōtra austrum est Gaza ciuitas in litore maris sita. que nunc cōmuniter dicitur gazera. et est sita in via que ducit in egiptū. de qua infra in secūda parte dicetur.

De gaza sunt quattuor leuce vsq; bersabee que nūc gallyn dicitur. et est terminus iudee et terre promissionis cōtra austrum. ¶ In hac multo tempore habitauerunt Abraam et Isaac sicut dicitur Geneseos. xiij. Et distat ab Ebron vltra vnam dietam sicut et Gaza. Das partes terre promissionis q̄ cesserunt in sortē tribus iude sequitur desertum illud

magnum quod extenditur vsq; in flumen egipti. in quo multo tempore filij israel mansertint de loco ad locũ transeuntes. de quo deserto infra latius agetur in secunda huius parte. Et hec de terra ista et locis eius dicta sufficiant.

¶ Cum vero ciuitatis Hierosolyme fundamenta in montibus sanctis teste dauid collocata dicantur. nõ incõgruum duxi de montib; israel. pertim q; crebro de eis fiat mentio in sacra scriptura paulo amplius disserere. Et primum quidem in genere. deinde in specie de aliquibus.

¶ De montibus Israel in genere.

Montes israel dicunt montes generaliter totius terre promissionis siue fuerint vltra iordanem siue citra. sepe etiam sumuntur p terra decem tribuũ que fuit montuosa. precipue in tribu Dan et Effraym. Nam et decẽ tribus nomen israel sibi vendicauerũt sub Jeroboam filio Naboth qui fuit de effraim. z regnauit primo in samaria super decem tribus. vt habetur iij. Regũ. xij. Hi mõtes multũ erant pascuales. vberes. fructuosi. et frugiferi oliuis et aliis arboribus fructiferis cõsiti. erant etiam medicinales herbis et speciebus aromaticis pleni vt dicit Isidorus libro. xiiij. capitulo. iij. Nam et tota terra illa quondã variarum opum diues erat. frugib; fertilis. aquis illustris. optima balsamis. adeo q; ob gratiam alimentorũ iudei hanc terram melle et lacte fluentẽ iudicabant. In eius enĩ montibus propter pascuarum abundantiã. innumerabiliũ ouium et pecorũ greges et armenta pascebant. Apes etiam innumerabiles in eisdem mellificantes herbarũ et florũ suauitate dulciflua nutriebant. Fructus et fruges propter aeris temperiẽ et rosis abundãtiam citissime ad maturitatẽ in illis montibus ducebantur. Aurum argentum et cetera metallorũ genera in illis montibus fodiebant. Veniq; fontes et flumina de venis montium superius pgrediebantur. Loca munitissima in illis montibus edificabant. Fere siluestres sicut tigrides et leones in illis nemorosis montibus cõuersabantur. Verum quemadmodũ reliqua terra illa propter peccata inhabitantiũ et frequentes eius vastationes vilis admodũ effecta est et pene sterilis atq; infructuosa. Ita et montana illa ionge a pristina perierũt vbertate et fecunditate. Quia tamẽ frequens de eis fit memoria sacra in pagina aliq̃d vel breuiter de eis dicere haud ab re erit.

¶ Sequitur nunc de montibus Israel in specie.

De montibus Israel in specie et primo de monte Syon.

Syon mons erat in Hierusalem. super cuius verticem erat arx siue turris dauid ibi posita pro decore et defensione ciuitatis. In vno autem latere montis Syon erat templum quasi mediũ inter arcem et inferiorẽ ciuitatẽ. vt scilicet munitio arcis defenderet templũ et templũ cũ arce ptegeret ciuitatẽ. Et ideo sepe scriptura vocat Hierusalem filiam syon. quia sicut filia protegitur a matre et subditur ipi matri. sic ciuitas inferior templo fuit subdita atq; arce. Tante autẽ auctoritatis et nobilitatis inter ceteros montes fuit mons Syon. q; nõ solum ciuitas Hierosolyma atq; etiam ipa iudea. verum etiã vniuersalis ecclesia tam ex iudeis q̃ ex gentib; cõgregata sepius in pphetis nomine syon designetur. sicut ibi fundantur exultatione vniuerse terre mons syon. latera aquilonis ciuitas regis magni. Nã mons syon fuit mons magne altitudinis et sublimitatis. magne fortitudinis et firmitatis. magne plenitudinis et vbertatis. magne pulchritudinis et amenitatis. maxime cõfidentie et securitatis. maxime opulentie et locupletatõis. maxime leticie et exultationis. perfecte iusticie et sanctificationis. mons doctrine et eruditionis. sicut scriptum est. De syon exibit lex et verbũ domini de Hierusalem. mons prophetie et reuelationis. vt ex multis scripturis et eius cõditionibus gloriosis late posset ostendi sed breuitatis gratia. his obmissis ad alia reseranda pergendum est.

De monte Moria.

Moria est mons in Hierusalē in quo edificatum est templum Salomonis. sicut dicitur .ij. Paralip. iij. Hunc enim montem emit dauid ab ornan iebuseo sexcentis siclis auri purissimi. vt in eo edificaret altare domino. quando pro numeratione quā fecerat populus est percussus. vt habetur primi Paralipomenon. xxi.

In hoc monte immolauit domino z orauit. et exaudiuit illum dominus de celo in igne super altare holocausti.

In hoc monte obtulit Abraam holocaustum pro Isaac. quē dominus precepit ibidē immolari. vt habetur Genesis. xxij. vbi dicit glosa Hieronymi super illud verbū. vadē in terram visionis et offer filium tuū super vnum montium xē. Hunc montē hebrei dicunt esse illum in quo postea templū cōditum est in area ornan iebusei in monte moria. qui iccirco illuminans et lucens interpretat. quia ibi est dabir hoc est oraculum dei. et lex. et spiritus qui inspirat pphetas. et docet homines veritatem. hucusqz Hieronimus in eodem loco creditur Jacob dormiuisse et ascendentiū angelorū per scalam vidisse visionem. vt patet Genesis. xxviij. vbi dicit glosa super illud verbū. Nō est hic aliud nisi domus dei xē. hoc dicitur quia preuidit templū et dei cultum ibidem futurū. Fuit autē iste locus collis a latere montis Syon vbi edificata est postea turris Dauid. vnde pz ex predictis. q mons morea fuit mons visionis et reuelationis. mons sacrificij et orationis. mons pphetie et instructionis. mons luminis siue illuminatōis. mons angelice frequentationis. mons diuine apparitōis. mons misericordie et ppiciationis.

De monte Oliueti.

Mons oliueti est mons in iudea iuxta Hierusalē sic dictus. propter copiā oliuarum que in monte illo maxime abundant. Ut ideo ab Augustino vocatur mons crismatis et vnctionis. mons luminis. mons pinguedinis et refectionis. et mons medicaminis et curationis. Et hoc dicit ppter oliuarum ibi crescentium abundantiā. quarū fructus est vnctuosus. luminosus et delitiosus. quia vt dicit Isidorus. Oleum oliue ex radicis amaritudine surgit in pabulū luminis. in medicamen vulnerū. et in refectionē esurientis. In huius montis oliuarū radice siue pede fluit riuulus qui dicitur torrens cedron. inter cuius montem et ripam fuit ortus. quē dominus orationis et quietis gratia sepius frequentauit et subintrauit. vnde et ibi captus fuit primo in orto qui gethsemani dictus est. vt dicitur Jo. xix. Ibi enim scz in pede montis fuerat quondā villula dicta gethsemani. cuius orti tunc temporis adhuc ibi erant vt dicit Augustinus. Et illo z. locum ortorū dominus ex cōsuetudine frequentabat. Hic autem mons fuit ad orientalem partē templi. et ideo mane illuminabatur sole oriente. de vespere vero et de nocte illustrabatur ex fulgore a luminaribus templi resplendente. Et ideo merito mons luminis dicebatur. tum quia a celo et a templo lumen recipiebat tum etiā quia lucis materiā olei sui abundantiā alijs impendebat. vt dicit Augustinus. In hoc monte erat quidam viculus nomine bethphage. qui sacerdotum erat. in cuius montis latere erat ciuitas dicta Bethania. que fuit ciuitas Marthe et lazari et marie. vt dicit glosa super matheū. xxi. De hoc monte dñs celos ascendit. et super eundē montem ad iudicium apparebit. vt patet in actibus apostolorū primo capitulo. In hoc mōte edificauit Salomon delubra excelsa vt patet. ij. Reguz. x. Et ideo vocatus est mons oliue et propiciationis. mons offensionis. iij. Regum. xxiij. scz quia in illis idolis offendit Salomon deum suum.

De monte Ebron.

Ebron mons est in iudea. in quo sita erat vetus ciuitas olim quidem famosissima. hodie autem desolata. ab eiusdem montis nomine Ebron dicta. cuius vallis dicit Hambre. iuxta quā est alia ciuitas dicta noua Ebron secus speluncam duplicem extructa. Mons autem iste et ciuitas Ebron iure meritoqz vniuersis solennis habetur et percelebris ratione sanctorū patriarcharū quorum

corpora ibidem quasi a mundi principio requiescunt. Est etenim ciuitas ipa antiquissima. Nam ebron septem annis ante thamni vrbem egipti cõdita est. vt habet Numeri xiij. Illum q̃z montẽ potentissimi et fortissimi viri iure hereditario possederũt. vt patet Josue. xv. vbi inter cetera ita dicitur. Deleuit ex ea caleph filius Enach Sezei et Achiman et Tholmay de stirpe enach rẽ. In hoc monte tanq̃z in loco tutiori dñs principiũ regni dauid instituit. et ei illac ascendere post mortẽ saulis iussit. vbi septem annoz spacio regnans. tandẽ ad totius regni Hierusalẽ fastigiũ assumptus fuit. Iste mons ab antiquis Cariathbarbe fuit primus nuncupatus. id est ciuitas quattuoz qz nominatissimorum virozũ quattuoz corpora ibidem requiescũt. scz Adam Abraam Isaac et Jacob. vt dicit Hieronymus. Ibi etyam coz famose mulieres sepulte sunt vicz Eua Sara Rebecca et Lya. In spelunca hi omnes reconditi duplici que respicit mambre. quam emit Abraam a filijs seth. vt habet Genesis. xxiij. Illuc sarraceni sepe vadunt peregrinatum. muschkeam insignẽ ibi habentes. nec aliquẽ siue christianũ siue iudeum ingredi illã sinunt. Verũ per quandã fenestrã sepultura illa cõspici potest.

¶ De monte Bethel

Montes bethel sunt in iudea vicini Hierusalẽ. vbi dom⁹ dñi fuit sub Salomone edificata. Sunt aũt montes bethel nemorosi arboribz cõsiti. fertiles et fecundi. graminibus et herbis aromaticis pleni. et ideo cerui capree et hynnoli. frequẽtare illoz montiũ cacumina sunt cõsueti.

¶ De monte Sylo.

Mons sylo qui hodie ad sanctũ Samuelẽ dicit. altioz est omnibus montibz in terra sancta existentibz per circumitũ. et quantũ ad situm supereminet vniuersis. z ibi multo fuit reseruata tempoze arca federis dñi. Atq̃z crebzo populi israel cõuentiones in eo celebzate pro diuersis causis vt in pleriscz veteris testamenti locis habetur.

¶ De monte Garisim.

Garisim vt dicit Hieronymus est mons iuxta Jericho cui vicin⁹ est mons hebal ex aduerso respiciens. In his duobus montibz benedictões et maledictões populo intranti terrã pmissionis pmulgebantur. vt per benedictiones prouocarent ad bonũ legis amatoz. per maledictiones vero terreren tur decalogi transgressoz. In garisim vero sex tribus nobiliozes cum sacerdotibz proclamabant benedictiones. vt habetur Deutro. xxvij. capitulo. Et ideo inoleuit cõsuetudo vt mons ille haberet in veneratione a posteris. et frequentaret causa sacrificij z orationis. Unde inter iudeos et samaritanos fuit cõtentio de loco adorationis. samaritis pferentibus montẽ garisim cõueniencioze esse ad oranduz q̃z templũ in Hierusalẽ. iudeis cõtrariũ asserentibz. vt ptz Jo. iiij. tam in textu q̃z in glosa.

¶ De monte Hebal.

Hebal est mons trans iordanẽ in quo steterunt sex tribus post iordanis transitum ad maledicendũ illis qui precepta decalogi nõ seruarent. vt patet etiaz Deutro. xxvij. Et est mons vt dicitur cauernosus et voraginosus. patiens sepius terremotũ cui cõcordat interpretatio eius. nam hebal vorago interpretatur. Fuit itaq̃z mons maledictionis et interpretationis. in quo mala transgressoribus imprecabantur. Reputabat etiam mons vilitatis et abiectionis. vnde z sex tribus ignobiliozes scz ancillarum filij super montem hebal fuerunt ad maledicendum populo deputati. Deutronomij. xxvij.

¶ De monte Quarentena.

Quarentena est mons excelsus valde iuxta Jericho. ad dimidiam leucã euntdo de galgalis in Jericho. In cuius supercilio fm aliquos christus a diabolo fuit ductus. vbi ei ostendit omnia regna mundi et gloriã eoz dicẽs. Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. vt habetur Matthei. iiij. Alij autẽ tradunt q̃ in alio quodam montẽ fuerit christus tentatus qui per tres leucas distat ab isto. existens in deserto a latere bethel et hay australi. Sed id certum habetur q̃ in isto

monte fuit christus quando ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctib⁹. ductus in desertum illud a spiritu post baptismū vt tentaretur a diabolo. vt habetur ibidē. In huius pede montis effluit fluuius Helizei. de quo habetur. iiij. Regū. ij. capitulo. q⁹ viri ciuitatis Jericho accedētes ad helizeum dixerunt. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est. sicut tu dñe ipe ꝓspicis. sed aque pessime sunt et terra sterilis. At ille iussit sibi afferri vas nouum et mitti in illud sal. Quod cum allatū fuisset egressus ad fontem aquarū qui est in pede montis huius ⁊ misso in illum sale sanauit aquas vt nō esset in eis vltra mors neq⁹ sterilitas. et ita sanate sunt aque ille vsq⁹ in diem hanc. iuxta verbum helizei quod locutus est. Est autē fluuius amenus valde et delectabilis. iuxta quē peregrini illo venientes cōquiescere et pausare solent.

¶ De monte Hermon.

Hermon est mons modicus super iordanē situs: qui herbis et pascuis est fecundus. Nam circa radices eius siue circa pedem fluentis iordanis imbuit. circa verticem vero eius seu cacumen copiosō rore perfunditur. et ideo virore ex rozis et aque influentia decozatur et insignitur. ꝓpter quod et ibi nutriebantur pecora que in templo debuerunt immolari dño et offerri. Et quia animalia ex rore fluminis et herbis impinguata. in monte syon id est in atrio templi offerebantur. Ideo dicitur ſm hebreos per ꝓphetam q⁹ ros hermon descendit in montē syon: quod ad litteram fieri nō potuit. q⁹ mons syon monte hermon altior existit. Insuper et ab eo valde remotus fuit. ꝑ tanto igitur ros montis hermon dicit descendisse in syon. q⁹ pinguedines et adipes animaliū que in illo monte pascebantur ad pastum ignis altaris in Hierusalē in sacrificio offerebant. ꝓpter quod et hermon lumen exalta tū interpretat sicut dicit glosa super p̄s. quia lumen in altari augebatur q̄n ignis sacrificij tali pabulo fouebatur.

¶ De monte Carmelo.

Carmelus est mons iudee in qua est ciuitas dicta Carmela. Et est duplex carmelus. vnus in superiori parte cōtra meridiē in quo Nabal legitur pauisse greges. i. Regum. xxi. Alius est carmelus in inferiori parte terre respiciens mare. vterq⁹ mons fertilis est in pascuis fructibus et herbis.

¶ De monte Ziph.

Ziph mons est squalidus et vmbrosus. in quo latuit dauid q̄n fugit a facie saulis. et est iuxta carmelū in quo nabal carmelites quondā habitabat. qui fuit de stirpe caleph vt dicit Hieronymus. Est aūt mons multū nemorosus. dumis et arboribus infructuosis cōsitus. et saltuosus feris et ibicibus peruius. speluncis et antris plenus et plurimū cauernosus. et ideo fugitiuis et latere volentibus cōgruus est. et ignotis transeuntibus periculosus.

¶ De monte Thabor.

Thabor est mons in medio cāpo. et est mons mira rotunditate sublimis. distās a cesarea decem miliaribꝰ ad orientalē plagā et fuit in cōfinio zabulon Isachar et neptalim. Hic mons inter totius terre ꝓmissionis montes maxime est famosus ratione situs. fertilitatis amenitatis fortitudinis: et firmitatis. Gleba eni illius montis est fertilis vineis. oliuis. et alijs arboribus fructiferis et herbis. Aer ibi est salubris. ros frequens et dulcis. imber tam temperaneus q̄z serotinus mediocris. Ibi arborum proceritas que nō deponūt hyeme vel estate comam vel virorē suum. Ibi auiū multigenarum canorus sonitus et sonora suauitas. quarum voce afficitur auditus. pennarū varia dispositione ad earum aspectum prouocatur visus. in carnium suauitate delectatur gustus. Et ideo multi sunt ibi aucupes' auiculis locum istum frequentantibus. rhetia et tendiculas imponētes. sicut dicit Hieronymus super illum locum Osee. iiij. quasi rbete impansum super montem Thabor ⁊c. Super omnia autem montē istum reddit cōmendabilē p̄sentia saluatoris qui in hoc monte docuit. In hoc monte gratia orationis pnoctauit. In hoc monte aliq̄n pauit populū. et tam spirituali q̄z corporali pabulo recreauit. In huius montis etiā supcilio cora discipulis suis se trāsfigurare voluit

et future claritatis gloriam in suo corpore discipulis reuelauit.

¶ De monte libano.

Libanus est mons phenicis altissimus. cuius sepe meminerunt prophete et scripture. Dictus est autem libanus a thure vt dicit Isidor⁹. qō ibi colligitur cuius pars ad orientem respicies libanus appellatur. vt dicit Isidor⁹. Libanus etiam id est candidano vocatur. quia perpetuis niuibus semp hyeme scz et estate candidatur. Nullo enī tempore ita nix totaliter eliquescit quin in aliqua sui parte in eo valeat inueniri. Est autem libanus fluuiorum et fontium principiū et origo. ex eius enim radice oriuntur duo fontes scz Jor et dan. qui simul iuncti iordanē efficiunt. Libanus igitur est mons redolentie et summe aromaticitatis. nam ibi herbe odorifere crescunt. ibi etiam arbores thurifere coalescunt. quarū gummi electum olibanū a medicis nuncupantur. Item mons est sufficientie ⁊ fecunditatis. Nam propter roris abundantiā et pluuiarum frequentiam herbis abundat. precipuus pascuis vberrimis et fructibus optimis et maturis. Et ideo in monte libani nutriebantur animalia que offerebantur in templo: et in ipius pascuis fouebantur. Item mons erat eminentie et maxime sublimitatis. quoniā omnes alios montes illius regionis altitudinis situ libanus excedebat. Et ideo venientibus tyrum per remota valde maris nauigia. se nauigantiū oculis offerebat. et quos deberent nauigantes petere portus: sua altitudine ostendebat. Item mons erat indeficientis influentie et sempiterne humiditatis. nam q̄uis siccitatē preferat in sua superficie. nobilissimis tamen abundat intrinsecus venis aque. vt patet in puteis aquarū viuentium. que iuxta Salomonis sententiā in canticis solent cōtinue cum impetu de libano emanare. vt dicitur Cantico⁹. iiij. quasi puteus aquarum ⁊c. Item mons ꝓfidentie et securitatis. nam in libano quiescentes tuti sunt a venenosis serpentibus quos sua aromaticitate et virtute fugant tam herbe q̄ arbores ibidem continue cōcrescentes. nam cedri ibi crescentes suo odore fugant omnia venenosa. et ibi venenosa reptilia viuere nō permittunt. Item mons est pulchritudinis et amenitatis. Nam cedrorum et aliarum virentium arborū mira proceritas graminū. et herbarum cōtinua viriditas, auium siluestrium sonora suauitas. riuulorum et fontium multiplicitas libanum amenum faciunt et iocundū. Item mons est medicine ⁊ sanitatis. ibi enim species aromatice crescunt. que sunt contra morbos innumerabiles remedia et medele. Ibi cipressi et oliue quorum liquores et resine sunt cōtra diuersarum infirmitatū incomoda. precipue medicine. Item mons leticie et iocunditatis. nam in collibus libani quondā creuit abundantia vini optimi. quod p̄cipue leticie et hilaritatis maxime est inductiuū Item mons honorificentie et dignitatis. nam inter omnes montes arabie phenicis et syrie. mons libani in sublimitate/in fecunditate/in amenitate/et aeris salubritate obtinet principatum. vt dicit Hieronymus et Josephus.

¶ De monte Semeron.

Semeron est mons de quo dicitur. ij. Paralipo. xiij. Mons in quo est modo sebaste. vbi reliquie Johannis baptiste requiescunt. In eodem quidem monte prius edificata est samaria a qua et tota regio postea samaria est vocata. Hec ciuitas ratione montis fuit fortissima. et ad expugnandum difficilima. vnde et reges assiriorum miris sumptibus et bellorum maximis apparatibus eam tribus annis cōtinue obsederunt. Et vix propter angustiā cōtra ipam preualere viribus potuerunt. immo vt dicit Hieronymus et Johan. nunq̄ eam expugnassent si ipius habitatores deum israel ad iracundiam prouocantes plenam fiduciam in eo habuissent. et ipius legem nullatenus reliquissent.

¶ In secundam partem prime huius partis principalis de moribus ritibus et erro-
ribus eoꝝ qui sanctã inhabitãt terrã ꝑfaciuncula incipit.

POstea qꝫ in superioribus sancte peregrinatõis Hierosolymitane loca de-
scripta sunt figuris pariter et scripturis. supereſt ordine cõgruo iuxta polli-
citum. incolarum et indigenarũ locorum eorundẽ. leges ritus et mores. im-
mo perfidiam detestabilẽ: pestiferos errores. hereſesqꝫ damnatas. prout a
nobis inter peregrinandũ exacta indagine et inquisitione studiosa potuerunt deprehẽ-
di. in medium ꝓducere. atqꝫ hic sub cõpendio annotare. ad laudem et honorẽ vnice ve-
re fidei nostre orthodoxe. sanctecqꝫ rhomane ecclesie catholice. que absqꝫ macula et ru-
ga sponsa permanet decora. sponso suo christo fideliter cõiuncta. qui semetipm tradi-
dit pro ea vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aque in verbo vite. vt exhiberet
ipse sibi eam gloriosam sanctam et immaculatã. Ad ignominiã vero et cõfusionẽ illorũ
perfidorum superborũ et obstinatorũ. siue sarracenorũ qui pseudo sui prophete Ma-
humeti. sacrilegas imitantur leges. immo fabulas inanes siue scismaticorũ eisdẽ in ter-
ris existentiũ. qui se falso christi cognominãt cultores. ore quidem cõfitentes se nosse de-
um. quem tamẽ factis negant. ab obedientia sancte rhomane ecclesie pro sua superbia
et arrogantia pertinaciter segregati. Proinde etiaꝫ longe a salute effecti. eo ꝙ omnis qui
est extra arcam Noe. id est ecclesiam sanctã catholicam et apostolicã: pereat necesse est.
Longe profecto ab his peccatoribus salus. quia iustificationes dñi nõ recte exquisie-
runt. suorum dogmata hereſiarcharũ pure ꝛ simplici quam nos amplectimur (feliciter
sane) veritati ꝓferentes. Generatio prorsa est et infideles filij. gens absqꝫ cõsi-
lio et sine prudentia. vtinam saperent et intelligerẽt quod inobedienti Sauli regi dixit
Samuel propheta. Numquid vult dñs holocausta aut victimas et nõ potius vt obe-
diatur voci sue. Nam et ipe dominus dicit. qui ecclesiã nõ audierit (intelligens procul-
dubio eam quam ipe supra petrã fidei edificauit. atqꝫ fundauit Rhomanam scz) sit tibi
tanqꝫ ethnicus et publicanus. maior est enĩ obedientia qꝫ victime. et auscultare magis
qꝫ offerre adipẽ arietũ. Quoniã quasi peccatũ ariolandi est repugnare. et quasi scelus
idolatrie nolle acqẽscere. Sola est ꝓfecto que fidei meritũ possidet obediẽtia. sine qua
quisqꝫ infidelis cõuincit. etiam si fidelis esse videat. Sed hac de re infra latius disseret.
Hoc vnũ adiectũ velim. ꝑmonitũqꝫ fore cupio eius rei lectorẽ. ꝙ nequaqꝫ mihi in ꝑ-
sentiarũ desumpsi cõtra hos quos narrabo errores cõgredi aut cõfligere disputando.
Id enĩ longe supra meas esse vires. id longe meã supergrederet facultatẽ. Id qꝫ ante
nos diu actũ est per patres et maiores nostros tum eruditissimos tum etiã sanctissimos
viros. multoqꝫ ea super re labore est sudatũ in sacris generalibꝫ cõciliis et synodis. In
quibus tũ multi tum graues sunt editi canones cõtra eosdẽ. Ceperunt autẽ vt omnib
notũ est hmõi generalia celebrari cõcilia a temporibus Cõstantini. In ꝑcedentibꝫ nã-
qꝫ annis ꝓsecutione feruente: docendarũ plebiũ minime dabat facultas. Vñ christiani
tas in diuersas hereses scissa est. qz nõ erat licentia epis in vnũ cõuenire: nisi tpe supradi
cti imperatoris. Ipe enĩ dedit facultatẽ christianis libere cõgregari. Sub hoc etiã san-
cti patres in cõcilio Niceno de omni orbe terrarũ cõuenientes iuxta fidẽ euangelicam
et apostolicã. scdm post apostolos symbolũ tradiderũt. Inter cetera autẽ cõcilia quattu
or esse scimus venerabiles synodos que totã principaliter fidẽ cõplectunt. quasi quat-
tuor euangelia vel totidẽ paradisi flumina. Harũ nicena synodus. cccxviij. eporum cõ
stantino augusto imperante pacta est. In qua arriane pfidie cõdemnata est blasphemia
quã de inequalitate sancte trinitatis idem arrius assereba cõsubstantialẽqꝫ deo patri de
um filium eadẽ sancta synodus per symbolũ diffiniuit.
¶ Secunda synodus. c. l. patrum sub Theodosio seniore cõstantinopoli cõgregata est
que macedonũ spiritũ sanctũ esse negantẽ ꝓdemnãs cõsubstantialẽ patri ꝛ filio spiritũ
sanctũ demõstrauit. dans symboli formã quã tota grecoꝝ et latinorũ ꝓfessio in ecclesijs
predicat. ¶ Tercia synodus ephesina prima ducentoꝝ episcoporũ sub iuniore Theo-
dosio augusto edita est. que Nestorij duas psonas in xpo asserentẽ iusto anathemate

cõdemnauit. ostendens manere in duabus naturis vnam dñi nostri Jesu christi psonã.
Quarta synodus chalcedonensis. dc. xxx. sacerdotũ sub Marciano principe habita est. in qua Eutices cõstantinopolitanũ abbatem verbi dei et carnis vnam naturam pronunciantẽ et eius defensorẽ Dioscorũ quondam alexandrinũ episcopũ et rursum Nestoriũ cum reliquis hereticis vna patrũ sententia predamnauit. pdicans eadẽ synodus christum dñm de virgine sic natum. vt in eo substantiã diuine et humane cõfitearmur nature. Hec sunt quattuor synodi principales. fidei doctrinã plenissime predicantes. Verum nõ solũ in istis sedz in alijs multis pcilijs temporũ successu. varijs in locis celebratis. nõ modo acerrime disputatum fuit cõtra illos hęresum inuentores et sectatores. De quibus infra suis dicetur locis. sed et tremendis ac terribilibus sententijs et grauibus censuris in eos est fulminatũ. Ergo his pmissis et psuppositis tanqz prius et abolim studiosissime ventilatis animus est mihi dumtaxat eos quos inter lustrandum terras illas et perscrutandũ incolarũ mores et obseruãtias. cõperi errores. pura recitare veritate et simplici stilo designare. Eo potissimũ fine vt talibus cognitis erroribz quibus sancta illa fedatur terra. orthodoxoz animi magis ac magis inardescant. cõcitentur. cõfortenturqz cõtra pessimos et pphanos locoz illorũ sacrorũ nõ tam inhabitatores qs maculatores. Ita vt si vnqz deo volente: ac sancta disponente ecclesia vlla arriserit opportunitas. pfidos illos exturbandi et exterminãdi. ipi veri christi cultores. ac christiane religionis zelatores. more fortissimoz quondã et zelosissimoz machabeoz. promptiores paratiores feruentioresqz inueniantur. p christo. proqz eius vlciscenda iniuria. pro fide deniqz et sacratissime terre illius expurgatione. animas suas ponendi. mortẽqz subeundi tum honestam tum etiam sanctam.

Ceterũ vt ordinatius in rem veniam. primũ omnium de sarracenis et eorum legibz disserere instituti mei est. Postac de aliorum varijs sectis ex ordine dicturus. verũ quo sarracenorum errorem et pphana lex amplius elucescat fiatqz cognitu euidentioz. In primis de ipoz sarracenorũ maledicto seductore scilicet Mahumeto pauca duxi premittenda videlicet.

Primo — ortu et origine siue natiuitate.
Secundo — detestabili vita et cõuersatione.
Tercio de eius — secte pestifere introductione.
Quarto — misera et infelici morte.

Quinto de articuloz in alkorano siue lege eius cõtentorum enumeratione. et ipoz cõpendiosa improbatione siue sugillatione. pter rudes quosqz. ne fabulas illas. diuina oracula putent. q̃ nil prorsus habent fundamenti.

De ortu et origine Mahumeti.

Primum capitulum.

In tempore quo Bonifacius papa quartus ecclesie rhomane presidebat. et focas imperiuz administrabat. qui regnare cepit Anno dñi. dc. quinto. vt tradũt historie. quo videlicet tempore Cosdroe rex persarũ. grauissima bella ecclesie mouens. multas rhomanorũ puincias et ipam etiam Hierosolymam inuasit: ac destruens ecclesias. sacraqz loca pphanans. inter cetera que rapuit. etiam crucem sanctam pro parte ibi ab Helena relictam asportauit. natus fuit ille perditionis filius Mahumet. currente iam dominice incarnationis anno dc. sexto. sub die viccsimatercia mensis Aprilis. Cuius natiuitatis exordium. vite quoqz et cõuersationis mortisqz seriem omnẽ. libellus quidam qui in transmarinis partibz habetur famosus. sed et Vincenti beluacen. in speculo suo historiali. li. xxiij. ca. xxxix. et sequentibus multis. diffuse tradit ad modum et copiose. ex quibus que sequuntur. compendiosius sunt extracta. atqz in ordinẽ historie redacta. Fuit siquidẽ vir quidã in arabia. cui nomẽ abdimenech. sarracen9 genere siue agarenus. Hã sarraceni pprie sunt agareni. vtpote nõ ex sara legitima consorte et cõthorali Abrae. sed ex agar eius concubina

descendentes. ex progenie scz Ismaelis. vnde et ismaelite etiam dicuntur. cuius manus vt liber Geneseos testatur cōtra omnes et manus omniū cōtra eum. Dic ergo Abdimenech vxorem sui ritus et cultus accepit (nam venerē vti ceteri arabes colebat.) ex qua filium genuit. nomen illi imponens Mahumet. quod interpretatū ꝓfusionē faciens proloqui. cōgruo certe presagio et impositū qui sibi suiscz perpetuā cōpararet cōfusionem. Hunc diem natiuitatis mahumeti solennē habent sarraceni. et per dies septem cōtinuos venerantur. crapulis et cōmessationibus rebuscz venerijs vacantes singulis annis. Ceterum natus is mahumet. paulopost vtroqz orbatus parente. pupillus et orphanus mansit. cuius misertus patruus suus cognomento abdemutalla. in tutelā z curam eum suscepit. educauitqz in arabia in loco quodam cui nomen Galingua. Coluit et ipe mahumet idola cum omni domo z generatione sua. Cunqz iam infantilē excessisset etatem iuuenis factus. cuiusdā nobilis et preditis matrone vidue nomine Cadigan famulus effectus est. cum camelis eius et asinis in syriam et alia loca finitima merces deferens. donec tandem eam suo captam amore et calliditate seductā duxit vxorem. Verum etiam legitur q a primeua sua etate mercator fuerit. atqz cum camelis suis in egiptū et palestinā cum iudeis et christianis pergens. ab eis vetus et nouū didicerit testamentū. atqz magus perfectissimus euaserit. Et dum sic discurrens coꝛozainā ingrederet pronunciam. cui Cadigan que supra dominabat. et diuersas species aromaticas ad eā creboꝛ afferret. cepit ei mulier ipa famliarius adherere. quā ipe incantationū suarum prestrictam fantasmate cepit paulatim in erroꝛē inducere. asserens quia ipe esset summus pphēta et nuncius dei. Suffragabant autē verbis eis tam incantationū prestigia qz sue calliditatis ingenia copiosa. Qua opinione potens mulier adeo decepta fuit. q cum vidua esset eum sibi assumpsit maritū. et omnia sua ei tradidit bona. De hoc ipe mahumet in alkoꝛano suo testatur. scribēs deū sibi dixisse in hec verba. Nonne tu fuisti oꝛphan? et collectus es. in erroꝛe et iustificatus es. pauper et ditatus es.

De detestabili vita et cōuersatione mahumeti.

Secundum capitulum.

Quoꝛo vbi se mahumet locupletatū eiusce mulieris opibus vidit. elatus animo. cogitauit super omnē gentem et patriam illā regnū sibi vsurpare. Sed dum hoc effectui dare facile nō posset presertim cum paucos adhuc habeꝛet fautoꝛes. arte et ingenio vt poterat vtebatur. simulans se dei ꝓphetam et nuncium. quo vel sic regiam tandē nancisceretur dignitatē. Cunqz sibi hoc modo pꝛophete nomen falso assumpsisset. ingressus est ad homines qui tanto facilius qualibet astutie machinatione decipi poterant. qz to longius ab omni sapientia et vsu ciuilitatis. totiuscz humane prudentie honestate per agros et villulas sequestrati. quid dei nuncius vel ꝓpheta esset. aut in quo cognosci deberet. denicz quid inter veritatē et mendaciū. inter fatuitatē distaret et prudentiā. discernere prorsus nesciebant. Ad hos seducendos quoꝛundā (de quibus postea dicemus) ope et cōsilio nō mediocriter cōfoꝛtatus. In primis homines ad se pestiferos et viarū insidiatoꝛes fugitiuos. homicidas. predones. rapꝛotoꝛes. latronescz attraxit. quos ad deuia siluarū cacumina montiū atqz ꝓxima fontibꝰ loca circūquaqz mittebat. Insidiari scz negociatoꝛibꝰ et iter agentibus. occidere et ꝑdari eos. atqz diripere omnia que vel negociationis vel necessitatis causa: bona poꝛtassent. Nam et ipe qz met cū primo ꝓphetie sue tpe. de ciuitate veniret ad mechā. camelū pauperi cuidā abstulit. atqz cū iam quadragintatriū esset annoꝛ. tali beneficio. ꝑdicationis sue primoꝛdia dedicauit. Hi aūt qui in mecha erāt magno cum odio pꝛsequebant. eo qꝛ oīa eius maleficia nossent. Quippe qui cū latro esset et predo. ꝓphetam sc dei stultis hominibus mentiebat. Abijt ergo inde in quandā ciuitatē destructā. quam ex maioꝛi pte pauꝑes inhabitabāt iudei. i quā ingressus vt iusticie sue regulā. modūcz sue ꝓphetie oꝛnaꝛet pupillis cuiusdā carpentarij filijs domū vi abstulit. sibi in ea templū pstituēs. Ex hac ciuitate quot et quāta mala. damna et bella. et viatoꝛibus et locoꝛ incolis intulerit. quot etiam ex suis socijs amiserit. longū esset euoluere. maxime tamē insidiarū insultus die et nocte agens. vigintisex numero conflictus siue cōgressus hostiles in pauperes.

tempore gessit. nouem per se. reliquos per socios. Hec sue ꝓphetie exordia fuere. Et qꝛ̄ deterius longe erat. si quis ei in huiusmodi maleficijs cōtradicere aut eum redarguere ꝓsumpsisset. mox cum vel per se vel per suos proditorie iugulabat. sicuti (quod certum est) senem quendā iudeum in lecto dormientē ideo ꝓter ceteros fecit iugulari. quia se ab eo vituperatū dicebat. Animaduertat quisqꝫ rationis compos. si hec ad dei ꝓphetaꝫ pertineant. in quibus nil aliud q̄ꝫ fraus et violentia. atqꝫ humani sanguinis effusio (qꝛ̄ latronum est ꝓprium) apparuit. Quis vnq̄ꝫ nō dico ꝓpheta. sed qui vel modicam dei notitiam haberet talia fecisse auditus est. An nō poterat se de illo iudeo (vt reliqua sileam) aliter vindicare nisi dormientē cōfoderet. quod auditu horrendū est. Sed vnde hoc ei nisi a diabolo qui et ipe homicida exit ab initio. Aut vbi est id quod de seipo in alkorano suo tradit. missum videlicet se cum pietate et misericordia. quod quo modo verū vbi tanta in homines feritas. tanta crudelitas agebat. Cetera plurima eius detestanda trāseo facinora. que ipm fuisse pseudo ꝓphetam et vas omnis iniquitatis euidenter cōuincerent. si pre ocio in medium adducere liceret. sed rationē habendam pio lectori censui magis. Hoc vnum ex multis velim adiectū. risu profecto dignum. qꝫ cum ipe quadam vice cum suis satellitibus pergeret: cōtra eos qui sibi pro sua malicia obedire cōtemnerant. victus et vulneratus. labro superiori cōcusso. cōfractis genis. dentiumqꝫ inferiorū medio excusso. ac vultu miserabiliter dilacerato. vix a socijs defensus euasit. Et cum se penumero diceret semper se decem habere angelos custodes sibi a deo datos ne vnq̄ꝫ lederetur. liquido apparuit. quia mentita est iniquitas sibi. Horum pfecto videri cuiq̄ꝫ potest. quo pacto is dei nuncius et ꝓpheta haberi potuerit. cuius vt breui verbo omnē describamus vitam. alia nō fuit actio q̄ꝫ homines interficere et aliena diripere. vt ostensum est. atqꝫ stupra incestus et adulteria perpetrare. qꝛ̄ nunc paucis absoluemus. Erat siquidem ipe Mahumet ꝓter tantā tyrannidē omniū hominū sui temporis impudicissimus atqꝫ impurissimus qui etiā suo alkorano tale nō erubuit dedecus inscribere vt diceret (sicut patet legenti) tale donum a deo renibus suis datum vt quadraginta viros in coitum quantumlibet potentissimos posset adequare. vbi quoqꝫ inter cetera rebus seodoriferis et potissimū mulieribus asserit delectari. Pudet profecto hoc in loco ad specialia descendere que tamē illum porcum sue inserere prophetie puduit minime. Quid enim turpius q̄ꝫ quod ipse de sua vxore que Aissa vocabatur legitur fecisse. Dec enim cum pulchra esset et dedita libidini. a quodam cui nomen Zaphagan amabatur. qui et cōsuetudinarium cum ea adulteriū. ipo mahumeto sciente ꝛ cōsentiente agebat. Cunqꝫ super hoc a quodam argueretur. qui diceret mulierum copiam esse. nec decere tantū hominem a muliercula dehonestari. dignamqꝫ eam fore repudio. Respondit mahumet. nullam sibi ex omnibus quas habebat vxoribus illam esse charioꝛem. neqꝫ se vel de aliorum verbis vel de eius adulterio curare aut sibi dilectam dimittere velle. quin etiam in alkorano suo eam affirmat innocentem fuisse et hoc sibi diuinitus reuelatum. De huiusmodi vero suis turpitudinibꝫ plura iam dicerem. nisi libellum hunc inhonestissimis verbis sordidari formidarē. per omnia similis factus est equo et mulo quibus nō est intellectus. Sed et sarraceni (vt hodie est cernere) cum in hoc imitantur. homines omnino carnales et bestiales. vt latius infra patebit.

De tempore et modo quo mahumet sectam suam incepit. Tercium capitulum.

Quadunt historie qꝫ regnāte iam Eraclio. post focam imperatorē. sub quo natus fuit mahumet. sectā suā ipe incepit. Nam eraclius iste cepit regnare Anno dñi. dc. terciodecimo. et. xxx. annis imperiū rexit. Bene quidē a principio faustoqꝫ pro ecclesia agens et probe. sed male cōcludens. Hā hereſi pessima monathelitarū qui vnam tm̄ in xp̄o naturā dogmatizabāt deprauatus. post multas victorias ꝛ gloriosos triumphos (de quibus etiā partim in historia sancte crucis habet) a catholica fide aberrauit. Vñ diuina haud dubiū ꝓmissione. eiꝰ tempestate sarraceni ipo mahumeto pseudo ꝓpheta eis ducatū pbente a sedibꝫ suis exeuntes. eraclij imperiū

grauiter deuastare ceperunt. Sic et Homarus mahumeti discipulus vt dicit Hugo Floriacensis circa finē imperij eraclij. damascū ꝛ regionē phenicis ꝛ Hierusalē. totā qꝫ syriam et antiochiā per sarracenos occupauit. In quib⁹ omnib⁹ locis erant tunc temporis multi deuoti christiani in cenobijs. numero etiā centenario et ducentenario et interdum ampliori dño famulantes. qui ipōrum sarracenoꝝ gladijs ad celestia regna peruenerunt. Circa finem itaqꝫ eiusdē eraclij vertente iam anno salutis. dc. xli. mahumet propria nequaqꝫ cōtentus malitia. nisi etiam velut alter draco tartareus sue pphane doctrine aut legis cauda. terciā stellarum partē de celo deijceret. ipam suam nephandissimā secta incepit atqꝫ auctore diabolo perfecit hoc modo. Nam vt superius memoratū est cum se cerneret regnū arabie per vim cōsequi nō posse. per simulatam sanctitatē id tentauit. fingens se pphetam et nuncium dei. Sed quoniā rudis ꝛ illitteratus erat. prouidit ei diabolus mille artifex. ac animarū nostrarum hostis perpetuus. pditissimos quosdā sed eruditos et doctos. tum ex iudeis. tum ex xpianis qui eidem tanqꝫ omnis impietatis instrumenta assisterēt. atqꝫ instructum. in erroribus iugiter foueret. Fuit inter christianos precipuus fuisse legitur monachus quidam apostata vir belial noie Sergius. qui eum in nouo informauit testamēto. De hoc Sergio scriptū reperitur. qꝫ cum in monasterio suo grauiter deliquisset. et ob id excōmunicatus et expulsus fuisset. eiusce rei cōfusus pudore aufugit et ad mahumetū se cōtulit. Alibi quoqꝫ legitur qꝫ quidā multarum litterarū clericus qui etiam Antiochie archidiaconatus fungebatur officio. cum Rhomam venisset et dignitatē quandā quam ambiebat obtinere nequiuisset. indignatus plurimum et graui cōtra ecclesiā ira et odio permotus. se huic mahumeto cōiunxit in regione Cuhenne in qua cōmixtim et gentiles et iudei cōmorabant. Mahumet vero arūb magicis intentus adhuc idola colebat quādo hi ad eum venerūt. Nam horū prauo cōsilio ab initio sectam illam incepit. Volens igitur Sergius predictus aliquid facere. vnde monachis illis qui eum expulerant recōciliari mereretur (erant enī heretici nestoriani. qui dicunt virginē gloriosam mariā non deum: sed hominē tantū peperisse) omni conatu et studio mahumeto persuadebat. vt ab idolis recedens. fieret christianus nestorianus. quod dum astutia sua perfecisset discipulus eius mahumet effectus est. et Sergius se ob id nestoriū nuncupauit. Cognito vero iudei qꝫ multi etiam mahumet ipe ad qualemcūqꝫ quasi vmbrā christianitatis monachū illum sequerent et pene id quod postea per mahumetū effectū est per ipm nestorium iam fieri incepisset. inuidentes timentesqꝫ ne in veram aliquādo christianitatē mahumet et alij incideret duos ex suis periorib⁹ et ceteris astutioribus submiserūt. quorū vnus Audias alter vero Cabalabar vocabatur. qui maliciosa calliditate socios se eius esse fingentes. multa eum de veteri lege docuerunt atqꝫ in alkorano suo (quo res ꝓfusior fieret) inscribi fecerunt. Talium itaqꝫ cōplicum mahumet doctus magisterio. alkoranū suū legem suam. vtriusqꝫ testamenti colorata auctoritatibus cōposuit. Veteris quibusdā. falsa multa et omnino absurda cōmiscens. atqꝫ venenū vt moris est oibus hereticis sub melle abscondens. Quo sic vt pfertur cōfecto. mahumet postea iam fronte. hyscevidelicet armis munitus et socijs se esse pphetam et dei nuncium ad eorū salutē missum diuinitus. audenter populis mentiebatur. asserens maxime ideo se missum vt christianorū et iudeoꝝ leges. que rigide nimis essent ac seuere. mitioꝝ preceptorū temperaret ꝓmulgatione. Ut autē eius missioni instar Moisi. prodigia quedā attestari viderent. assignata die populū ad certum conuocauit locum. vt legem suā in signis et prodigijs susciperēt qua deceret deuotione. Tunc eo sermocinante ad plebem. columba quedā alba que in vicino erat ad hocipm fallaciter edocta. super humerū eius aduolauit. et grana quedā in aure eius reposita vt erat solita comedēs. quasi spiritus sanct⁹ legis et verba que loquebat suggerere videbat. Taurus qꝫ vt fertur simili inductus cōsuetudine. vt de manu eius pabulū acciperet. ad vocē eius coram oibus aduenit. et quasi noue legis mandata celitus missa. que ipe cornibus alligauerat detulit. omniū cū stupore et admiratione ingenti. Sed et cyphos quosdam aureos et argēteos lacte ꝛ melle plenos. quos ipe certis in locis terre latēter infoderat. qsi ꝓ diuinā reuelationē ibidē fecit effodi. ac populo velut in signū future abundātie

quam per eiusdem legis obseruantiam mereri deberet: ostendit. Hicq̄ quasi miraculis et magnalibus diuinis cōgratulantes et acclamantes. rudes illos seduxit. ac ad legem suam quasi diuinam recipiendam pertinaciter animauit. Inde arabes ei adherentes regnum persidis vt supra habitū est infestare. ac demum orientalis imperij fines vsq̄ ad Alexandriā inuadere super eraclium ceperunt. Porro propter huiuscemodi sceleratissima fore facta sua Mahumet adeo percussus. cepit frequenter cadere epilentica passione. que vulgo morbus caducus appellatur. vnde crebro pstratus in terram miserabiliter caput collidebat. ac spumans abhominabiliter fedum ac visu horrendū spectaculū de se prebuit. ita q̄ etiam ad tempus omnino insaniret amens affectus. Quod cernens cadigan vxor eius prima. opido tristabatur. eo q̄ impurissimo homini et epilentico nupsisset. Sed et ceteri hoc comperto in eo scandalizabantur. Quos ille cōciliare sibi studens. talib⁹ eos callidissimus nequā sermonibus demulcebat dicēs. Quotiens Gabrielem archangelum mecum cōtempor loquentē: totiens claritatem atq̄ splendorē vultus eius ferre nō sustinens vtpote homo carnalis et mortalis. deficio et cado et rapior nonnūq̄ in extasim. a sensibus prorsus alienat⁹. Credidit mulier. sed et arabes omnes vsq̄ hodie in eo perseuerant errore q̄ seductor ille ex archangeli Gabrielis (qui ei sepi⁹ apparuerit) ore. illas quas eis tradidit susceperit leges. Sed excecauit eos pculdubio malitia eorum. et demeritis suis obscuratū habentes intellectum. iusto dei iudicio miseri errant atq̄ perditum eunt.

De misera et infelici morte Mahumeti.

Quartum capitulum.

Ceterum postea q̄ ille pseudo propheta Mahumet. primogenitus sathane multoplures suis diabolicis legibus mancipatos populos peruertit. q̄ vnq̄ aliquis hereſiarcha seduxerit. ac sanctus quisq̄ cōuertit. tandem infelici morte. actibus tamen suis dignissima a quodam emulo suo vt in quibusdā reperitur historijs toxico infectus interijt. Vel vt alibi legitur morbo pleuretico per septem dies egrotauit. sensibus amissis. Septimo vero die resumptis paululum viribus iratus est in eum graniter halay fili⁹ abytalib. princeps inter suos. eo q̄ sic sensum amisisset. et idipm ei significauit. Tunc ille rubore perfusus iussit nullum alium secum manere in domo. nisi alahabet filium abdemutella patrui sui. Redeunte autem egritudine septimo post die infelicem exalauit animam. orcis mox tartareis dandam. Intumuitq̄ venter eius et minimus suus digitus incuruatus est. Fuit autem obitus eius die lune. duodecima mensis primi. qui apud eos appellatur Rabeg anno vite sue sexagesimo tercio. die quartadecima' postq̄ ceperat egrotare. Vita ergo ipius. lxiij. extitit annorum. quorum viginti tres in pheta sua execrabili expendit. Sed id haud pretermittendum censui. verū quidem sed ridiculosum. q̄ cum ipe adhuc viuens. precepisset discipulis suis et amicis ne eum mortuū mox sepelirent. quoniam die tercia post mortem suam assumendus esset in celū. Vbiq̄ eo defuncto preceptis parentes a secunda feria in qua obierat nō modo per triduum sed per duodecim dies prestolarentur si quis eum in celū deferret. longaq̄ fatigati expectatione. nil aliud in eo quam intolerabilē cernerent superexcrescere fetorem. tandem nudum corpus sine honore indignantes sub terram proiecere. Talis ergo fuit vita mahumeti. talisq̄ finis profecto miserabilis. Porro seductore illo et pseudo pheta sic mortuo. omnes facile eius deprehensa falsitate (nam omnia que dixerat irrita et inania cernebant) reuersi sunt vnusquisq̄ ad suam quam ante tenuerat sectam. paucis de sua cognatione exceptis. qui se in regno succedere sperabant.

Eo quidem tempore fuit Abubeer vir callidus et prudens. qui nō multo post regnum adeptus est. Et quanēq̄ id filio abitalib nomine halay principi inter discipulos et amicos mahumeti vehementer displicuisset. adeo tamē eum rex obsequijs deliniuit ⁊ blanditijs. vt sponte ei regnum post se delegaret. Vic ergo eos qui auersi fuerant a lege mahumetica. omni ingenio ad eam reuocans. iterum eos errori et stulticie mancipauit. Quidā enī metu penarū. quidā spe honoris. alij alterius cuiuslibet lucri causa. omnes tamen simulatorie: non ex animo rediere. Iste quoq̄ successor Mahumeti iam dictus.

calypha a suis cognominatus. postea q̄z in regno cōfirmatum se vidit. predecessori suo templum equidem satis preciosum in mecha fieri fecit. et sumptuosam artificiosamq̄z maiorē immodū in eo sepulturā. Nam fertur q̄ sarcophagū i quo ossa mahumeti erāt recondita. vndiq̄z per circumitū circūdedit ferro. ac repositis clanculo magnis de adamante frustis in superiori parte templi. et sarcophago per virtutē lapidis illius in ferrū agentis. paulisper a terra eleuato. suspensum quasi miraculose in aere cernebat. quo artificio delusi populi. credebant eius corpus ob sanctitatē suā sic eleuari. atq̄z in eo errore sic dementati semper pstiterunt. Verū anno dñi. Mcccclxxx. vti certa et veridica cōperi relatione. subito horrenda venit tempestas (diuina haud dubiū dispositōe) micabant fulgura. tonitrua terribilia resonabāt. ignis descendit de celo: et grandō ingens. in mecham et templū p̄sertim. atq̄z sepulchrū illius maledicti seductoris cū corpore ei⁹ in pfundum terre vel certe inferni detruserunt. ita q̄ nullo deinceps modo aut studiō pt inueniri. Magna q̄z templi pars corruens. igni cōsumpta est. atq̄z ita pseudo sui ꝓphete reliquijs et corpore sarraceni priuati sūt et si intelligere vellent vehemēter valde cōfusi. Sed induratū habentes cor in iniquitatibus. suum nequaq̄z possunt agnoscere errorem: ira dei manente super eos. Et quia sic rebelles sunt lumini: iusta dei sentētia. tenebris obscuratū habentes intellectū. et alienati a vita dei per ignorantiā que est in illis. propter cecitatē et duriciam cordis ipor. vt apostolus dicit. in tenebris ambulāt. in tenebris tandē exteriores ad suū damnatissimū ꝓphetam pellendi.

¶ De articulis in alkorano seu lege mahumetica cōtentis. cum corum cōpendiosa improbatione ꝓpter vulgares.

¶ Quintum capitulum

Alkoranū mahumeti siue legem execrabilē z ꝓphanam. si quis (tantū nactus ocij. vt possit) diu et diu legerit relegeritq̄z q̄sepe. ꝓrio profecto cōpertum exploratūq̄z habebit experimento. q̄ tota illa scriptura adeo cōmixta est et cōfusa. vt quicquid ibi est: totum sine cōtinuatione. sine cōpositione. absq̄z omni verborum aut sententiarum ordine vel colore. postremo absq̄z vllo sensu z ratione positum vid eatur. ita vt nihil ibi sit. quod homini placere possit aut animum oblectare. Nam si eloquentia cōsideretur. nemo tam turpiter aliquid arabice scripsit. Quantum enī ad sapientes arabicos scriptores quid est tota alkorani litera vel scriptura. nisi digna risu barbaries. Ego ibi nihil video (si tamē esse potest aliq̄d) boni. Nam mala illic reperiri multa dubiū non est. que vel stultus quilibet similiter aut certe multo elegātius fingere posset Esto tamē. bona ibi vidētur esse aliqua. vt verbi gratia. q̄ aliquādo ieunetur. oretur. et elemosine alique fiant. Nunquid primū talia inuēta sunt a mahumeto. O quanto sanctius. quāto honestius. quāto rōnabilius. Moises. helias et alij ꝓphetarum plurimi. Johannes q̄z baptista. atq̄z ipe omniū dñs saluator noster et ieiunauerūt et orauerunt et misericordias impenderūt. et nos q̄z ieiunare orare et elemosynas dare ante monstruosam mahumeti ꝓphetiam longis ante temporibus docuerunt. Cesset cesset mahumet carū rerum velle videri magister primus. quarū nec dignus fuit discipulus esse vel vltimus. et de his infra latius. Ceterū si quis forte obijciat in alkorano scriptum esse et ab ipo mahumeto predicatū legem hanc talez esse qualis nec ab hominib⁹ nec a demonib⁹ fieri potest. Respondem⁹ ipm in primis tales certe elegisse quibus eam daret rusticissimos videlicet atq̄z rudissimos et prorsus aggrestes. qui et nouiter de diuersis sectis venerant ipamq̄z adhuc linguam arabicā ad plenū ignorabant. qui omnino nullius essent discretionis vt eam diiudicare aut discernere nossent. Deinde cōcedimus profecto per oia et libera ꝓfitemur voce. q̄ vere tam stulta tam inhonesta tāq̄z irrationabilis scriptura. nec ab hominibus nec a demonibus fieri potest. Puto enim q̄ etiam demones talia scribere erubescerēt. Idq̄z in pcessu patebit magis magisq̄z.

Sunt etenim in alkorano duodecim articuli ceteris principaliores cōtenti. quorū succinctam narrationē: et improbationē quoad sub cōpendio fieri potest ex quodam libello excerptam his inserere operepretium duxi optimo respectu. quē quidē libellum. Petrus quondā alfonsi iudeus cōfecit qui licet inter sarracenos nutritus fuerit. tamen iu-

daismo relicto ad fidem christi cõuersus est circa annum dñi millesimũ centesimũ sertũ in quo libello sarracenum quendã introducit cum redarguentẽ hunc in modum. Hi rari nõ desino petre. cur paternã fidem relinquens (quod optime feceris) christianorũ fidem delegisti et nõ potius sarracenorũ. cum quibus semper cõuersatus atq; nutritus es. linguã intelligis. libros legisti. Lex enĩ illa probatur esse larga. de presentis vite delitijs: multa cõtinens mandata. gaudiaq; repromittens suis cultoribꝫ ineffabilia. paucis denicq; et nõ multis onerans eos preceptis. ¶ Primus articulus. Nanq; in die tantũ eos iubet quinquies orare. ¶ Secundus. Ut anteq; orent: vt pfectã habeãt mundiciã. pcepit preputiũ. manus. brachia. os. nares. aures. oculos. capillos decentissime. et ad vltimũ pedes lauare. quo facto. publica voce precantur. vnum cõfitentes deũ: qui nullum simílem sibi habeat aut equalez. eiusq; pphetam mahumetũ. ¶ Tercius. Censem preterea integrum in anno ieiunant et ieiunantes nocturno tempore comedunt. diurno abstinent. ¶ Quartus. Semel aut per singulos annos propter solam recognitionem ad domum dei que est in mecha iubentur ire. 7 ibi adorare. eamq; incõsultibus tegumẽtis circumire. Itemq; lapides per media femora retro pro lapidando diabolo iacere. Hanc domũ dicũt Adam cum de paradiso exulasset. dño extruxisse. et omnibus filijs suis (donec Abraam venit) locum orationis fuisse. Qui vicz Abraam eam instaurauit atq; in ea vota vouens dño sacrificia obtulit. Quã et filio suo Ismaeli post mortem reliquit. eicq; et omnibus filijs eius per multa annorũ curricula. donec mahumet natꝰ est orandi domus permansit. Quo nato: deus eam sibi cunctisq; generationibꝫ suis et sequacibus. hereditariam promisit.

¶ Quintus. Amplius dei aduersarios et eorum pphetas. iubentur predari. captiuare et interficere modis denicq; omnibus persequi ac delere nisi resipiscere. et ad eorum fidẽ cõuerti voluerint. aut indictũ seruitutis censum persoluere.

¶ Sextus. Absoluta denicq; est eis 7 pcessa omnis caro preter porci carnẽ et sanguinẽ vel morticinũ: ad vescendũ. respuũtq; quicq̃d in dei noie nõ fuerit cõsecratum.

¶ Septimus. Licet preter hec illis eodẽ tempore quattuor legitimas habere vxores. et repudiata qualibet aliã semper accipere. ita tamẽ vt nunq; quaternariũ numerũ transcendant. In repudio q̃q; id obseruatur vt eis vsq; tercio. quamlibet repudiare et eam rursus liceat recipere. Empticias vero et captiuas quot quis habere voluerit et nutrire poterit. licitũ erit. et casdẽ vendendi denuo: emendiq; liberã habet potestatẽ. sic tamẽ vt postq; semel grauidã fecerit: nequaq; eã vlterius iugo seruitutis stringere possit.

¶ Octauus. Cõceditur insup eis vt de ppria cognatione vxores accipiant. quatenus sanguinis sui proles accrescat. et fortius inter eos amicicie vinculum vigeat.

¶ Nonus. De possessionibus recuperandis. iudicia talia sunt inter eos qualia et apud hebreos. vt scz petitor testibus cõprobet. ac negator semetipm expurget. Testes autem nullos nisi valde probatas personas suscipiunt. quibus scz credere fidemq; possint adhibere sine iuramento.

¶ Decimus. In alijs pleriscq; iudicialibus mosaice legis custodiũt morẽ. vt qui homicidis sanguinẽ fuderit. eadem pena plectat. Et quisquis in adulterio deprehensus fuerit: cum adultera pariter lapidetur. Qui autẽ cum alia qualibet fornicatus fuerit: octoginta sustinet plagas siue flagella. Pari mõ si q̃s de furto cõuincatur primavice et secunda. verberibus castigetur. pro tercia vice manũ. pro quarta aũt pedem amittat. sed p quinta suspendat. Et qui homini cuilibet membrũ abstulerit: digno redimat precio. In alijs lex talionis obseruetur. oculũ scz p oculo. dentem pro dente 7c.

¶ Undecimus. a vino semper abstinere iubentur. quoniam seminariũ et fomes omnis peccati esse probatur.

¶ Duodecimus. Promisit tandem deus sibi et fideli suo prophete credentibus. legisq; illius obseruantibus mandata. paradisum id est ortum deliciarum preterfluentibus aquis irriguum. In quo sedes perpetuas habentes. arborum vmbris protegentur. nec calore affligentur nec frigore. sed omnium ciborum et fructuum generibus vescentur. Quicquid appetit cuiq; suggeret. inueniet coraz se cõfestim. Induentur sericis vestib⁹

omni coloribus.in delitijs accubabũt.current angeli.pincernarũ ministerio inter eos cum vasis aureis et argenteis vinum offerentes atq; dicentes. Comedite et bibite in omni letitia.quoniã quod deus vobis promisit.ecce cõpleuit. Jungenturq; virginibus speciosissimis quas nec humanus nec demoniacus violauit cõtactus.iacinct̃i et coralli splendore forma prestantioribus. Nec bona credentibꝰ dabuntur. Non credentibus autem deo et mahumeto eius prophete.erit infernalis pena sine fine. Quantiscũq; vero peccatis colligatus quisq; fuerit.si in die mortis suc.deo et mahumeto eius prophete crediderit.ipo interueniente salu⁹ erit. ¶ Hec et alia q̃plurima.cum tu petre a puero et ab ipis pene cunabulis nouisses scripta.et ab omni sarracenorum gente maxima celebratione habita. Cur christianã et nõ potius sarracenicã religionẽ es sectatus:

¶ Responsio Petri alfonsi ad hec. Quanq; inquit orationis tue cõtextus:plurimũ decoris habeat.dulcedinisq;.apud eos scz qui summum bonum in delitijs esse putant.de me tamen id sperare te mirum est. vt ad id persuadendũ insteteris:in quo me nullatenus falli posse sciebas. Certum est enim mihi nec incõpertum.quis mahumet fuerit.quomodo callida se simulatione.pphetam cõfinxerit.et ad hoc machinandũ quis ei cõsiliarius extiterit. Ex autẽ dicis me libros sarracenorum legisse.linguam scire ac semper inter eos fuisse nutritum.nõ iccirco cõuenit vt etiam legem sequar eorum.quam si per singula que narrasti mandata discurrimus.quantum rationis habeat aut fundamenti facile poterimus inuenire.

¶ Primus. q̃ enim quinquies in die mahumet orandũ precepit.ideo vtiq; fecit quia suorum cõsilio et eruditione doctorum (de quibus supra mentio facta est) mediatricem inter iudeorum et christianorũ legem. suam voluit esse. non quidem probitate sua. neq; iussu aut adiutorio dei. sed propria dumtaxat et suorum temeritate et iniquitate. Judei nanq; ſm legem ter in die orant. Christiani vero septies.sed iste mediũ ponens inter vtrunq;.nec ter nec septies sed quinquies iussit orare.

¶ Secundus.q̃ autem priusq; orent manus et brachia ceteraq; corporis mẽbra abluunt.id nequaq; ad orationẽ noscitur pertinere. Nam ad orationez quidem mundari oportet intrinsecus:nõ extrinsecus. Mundicia vero de membrorũ ablutione q̃nebat ad stelle veneris cultores.qui eam adorare volentes.ad moduz femine se aptabant. ora oculosq; tergentes et huiusmodi. Quia vero in puncto stelle veneris (vt aiunt) mahumet rex effectus est.et per omnẽ vitam suam impudicissim⁹ fuit.ideo hoc in veneris honorem fieri precepit. Igitur dum sarraceni frequenti corporum lotione se credunt purificare.apte sane hoc illis dici potest quod et iudeis similia facientibus dominus noster dixit. Ve vobis hypocrite.qui mundatis quod deforis est:intus aũt pleni estis rapina et iniquitate. Quid enim prodest totiens lauare manus et pedes.extergere caput et ita orationibus insistere.vbi cor et animus occupata sunt in effusione sanguinis diripiendis substantijs alienis.vxoribus quoq; aliorz et filijs captiuandis.

¶ Tercius. Per mensem etiã ais integrum.in anno precepit mahumet suos ieiunare. quo vicia carnis restringant. Sed dic queso mihi.quid prodest per diem ieiunare et p noctem terq; quaterq; comedere:optimis replere epulis.libidinosissime abuti mulieribus. Nec certe carnem nõ debilitant.nõ minuunt cõcupiscentiam.sed augent sed corroborant potius. O ergo monstruosum ieiunium. Absit absit a nobis talis predicator ieiunij post quod in die expletum sic omni libidini.ingluuiei.crapulis et comessationibus per noctem operã impendere precipit vt nõ ob aliud ieiunium instituisse videatur. q̃ vt postea voluptuosius et appetentius.oĩm turpitudo libidinũ exerceatur.

¶ Quartus.q̃ vero semel in anno dicis eos ad domũ dei que est in mecha propter recognitionẽ ire peregrinatiõ.ibiq; circumire.lapillos p̃cere.et tandem orare ꝛc̃.domũq; illã fuisse Ade et Abrae.scias.nõ eos id ex aliqua autoritate habere.sed quasi cõmentum quoddam finxisse. Antea enim q̃s legem suam Mahumet predicasset. idolis plena erat domus illa. Dic ergo gradũ siste et ego tibi aperte monstrabo.qualis illa dom⁹ prius extiterit.quod ibi fuerit sacrũ.et cur illuc ire et que dicta sunt mahumet facere iusserit. Duo filij Loth Amon scz et Moab hanc domũ honorabant. ibiq; duo colebant

idola. vnum ex albo factum lapide. quod mercurium. alterū ex nigro quod camos appellabant. Ex istud quidem ex nigro lapide: in honorez saturni. alterum ex albo: in martis honorem venerabant. Et bis in anno ad hec idola adoranda/eorum ascendebant cultores. Ad martem quidē quando sol primum intrat arietis gradum. quoniam aries honor est martis. In cuius discessione vt mos erat lapides iaciebantur. Ad saturnum vero quando sol primū gradum libre ingrediebatur. quia libra honor erat saturni. Sicq; nudi ac tonsis capitibus thurificabant. Arabes quoq; cum amonitis et moabitis hec idola adorabant. Longissimo post tempore veniens mahumet. pristinā gentis cōsuetudinem nolens tollere. quasi mutato quodammō more incōsutis opertos tegumentis domum circūire permisit. Sed ne videretur idolis sacrificare ꝓcipere. Saturni simulachrū in pariete in angulo domus cōstituit. cui⁹ ne appareret facies: dorsuz tantum extra posuit. idolū vero martis quia vndiq; erat sculptum. subtus terram misit lapidemq; superposuit. Hominibus autem qui ibi ad adorandum cōueniunt. lapides istos osculari precepit. et humiliatis tonsisq; capitibus inter crura lapides retro iactare. qui et dorsa denudabant quod est signum pristine legis. et ad effugandū demones. se hoc modo lapides iacere dicunt. quos clam in eo ritu potius venerantur. Ex hec est illa preclara mahumeti industria. immo malicia vt cum a ceterorum cultu idolorū suos inhibuerit. Istud tamē in honorē veneris apud mecham suā fieri permisit: quin etiam precepit. Ne ipam dominā suam venerem in qua se potentissimū iactitabat penitus relinqueret sine honore. Cuius etiā rei gratia: diem veneris quā; nos sextam appellamus feriam. voluit a suis lege perpetuā celebrem obseruari (quod et sarraceni vsq; hodie faciunt) quemadmodū nos diem dominicā festiuamus. et sabbatum iudei. longe tamen alia et alia ratione.

¶ Quintus. Preterea dicis. aduersarios dei et legis sue mahumet iussit predari. captiuare. et interficere. donec vel credant vel censum persoluant. Atq; id viam esse dei affirmauit. profecto scias. nō id ex dei operibus habet aut preceptis. sed vel odio vel cupiditate id iussit: vt suos destruerent inimicos. Neq; vllo id pacto fieri debet. immo si quis alium in suā velit cōuertere fidem vel sectā. nō id per violentiā sed per piam et rationabilem informationem facere debet. Multi certe abolim fuerunt heretici. quos tamen nec gladio nec coactione aliqua. sed fallacibus et dulcibus sermonib⁹ legimus vsos fuisse. Et omnes quidē ita fecisse noscuntur preter mahumetū. qui gladijs qui violentijs qui terrarū depopulationibus. qui rerum omniū direptione. qui pessundatione facultatū. etiam nolentes: suam cogit sub legē. Ubi ergo tua manet scriptura o mahumete in alkorano posita. qua te in pietate et misericordia hominibus missum asseruisti. Qualis q̄so misericordia in effusione sanguinis. latrocinijs. predis. aut mortibus. vbi etiam est oro quod in alkorano posuisti. dicens ad temetipm. Si dñs deus tuus vellet: totius seculi gentiū vniuersitas crederet. Cur ergo credere cogis. cū nullus credat etiam tuo testimonio nisi dei voluntate. Sed dico quia nō modo in isto sed in plerisq; alijs tua sibi ipsi cōtraria et repugnās est scriptura alkorani. vt facile patet discurrenti per eam. Neq; id tibi suffecit nisi etiam viam dei esse predicares. Absit absit hoc a deo vt talis sit via eius qui ab initio fecit hominē rectum. ac in manu cōsilij sui eum reliquit. morte apposita vel vita vt libero arbitrio quod vellet eligeret. Nec quisq; de plebe eius vnq; fuit qui fecerit talia aut mandauerit fienda. via certa diaboli est. cuius tu membrū es. et quidē preclarum. Hoc tamen hic velim adiectū. Ex enim hodie sarraceni presertim turcomanni id nō obseruant. hinc reor esse. quia vnumquēq; in sua fide credunt posse saluari. et id ex alkorano se dicunt habere. quod iterū priori (quod nunc impugnam⁹) mandato penitus est aduersum.

¶ Sextus. Ampli⁹ cur mahumet porcū comedi vetuit. ego quidem ob aliud nō arbitror. nisi forte ob aliquā inter eos et christianos differentiā habendā. Nā q̄ iudei a porco et quibusdā alijs carnibus ꝓhibiti sunt. ratio certa apud eos est. qō licet nos christiani ad litterā nō seruemus. implemus tñ mistice. quibus in nouo testamento oīa ꝓxpm sunt reuelata. qui cōditor vtriusq; est testamenti. qui ꝛ ꝑ apostolū suū dixit. Oia munda

mundis et nihil reiciendū quod cum gratiarū actione percipitur. Pudet hic fatuam illam et falsam omnino adducere rationē. ob quā porcum suis phibuit. quia vicz vt ipse in alkorano dicit: porcus post diluuiū ex fimo camelī fuit pcreatus. et ideo immundū animal estimauit. cuius tū cōtrarium habet in dialogo suo ad Abdiam iudeuz. sed hec quoniā fabulosa prorsus sunt transeo.

Septimus. Ceterū illam turpitudinem quis nō exhorreat mox auditam quam non erubuit mahumet in alkorano ponere. de habendis videlicet quattuor vxoribus tpe vno et codē et repudiata qualibet: ex qualibet causa de alia ducenda. Hanc certe legem etiam bruta animalia si loqui possent turpissimā pclamarent. Sed quid mirum si alijs quattuor habere vxores indulsit. qui ipe vtpote canis immundissimus quindecim habuit ingenuas. Ancillas vero et cōcubinas sine numero. quas omnes zelotipie amans spiritu. inclusas custodiebat ne ab alijs viderent ꝛc. neqz his erat cōtentus. sed et alioz vxores sibi placitas adulterio polluere nō verebatur. Et cum de hoc a multis argueretur. aiebat sibi soli hoc priuilegiū a deo fore cōcessuz. vt ꝓphetas et virtutis filios ad dei cultum ꝓpagaret. retorquens bestia impudentissima suam luxuriā in deum. vt ptz in alkorano legenti. Ex etiam empticias et captiuas quaslibet et quotcūqz habere. emere q̄z et vendere permisit. manifestuz est id omnino fore adulterinū. quia multotiens emit pater stupratam a filio et ecōtra.

Octauus. Quid vero mirum q̄ incestum nequaq̄z phibuit. sed de cognatione ꝓpria vxores ducere annuit. qui et sodomiam admisit nō modo circa masculos aut feminas sed etiā cum bestijs vt liquido patet in alkorano capitulo. ij. vbi ita habet littera in forma. Cōtinentis vos a mulieribus in menstruis et nō accedatis ad eas donec mundent. et dum mundate fuerint accedite ad eas parte qua volueritis. Et iterū ibidē dicit. Vxores vestre sint vobis tanq̄z vinea. excolite ergo eas qualitercūqz libuerit. Et adiungens venenum pessimū dicit. quia re propria ad omnē voluntatē et voluptatem suā quilibet potest vti. Et iterum in alkorano capitulo. xliij. dicit. Deus contulit vobis animalia vt ex eis quedam equitaretis quedā comederetis. et ex eis iumēta haberetis. et vt per ea exequeremini ea que in cordibus vestris ꝓponeretis. Et licet vos sarraceni textus istos et similes passus in alkorano. extortis quibusdā expositionibus palliare et fucare conemini. tamen apud sapientes vestra expositio merito floccipenditur. Cum etiā de ipo vestro seductore legatur. q̄ cum quodā tempore iter faceret mulierē que sibi casu obuiam venit in via oppremere voluit. que quoniā facinus horrens restitit. asinam suam porcus ille impurissimus sodomitaqz fedissimus est aggressus. dicēs pro sui excusatione ad socios q̄ mulier illa coitum sibi negando amplius peccauisset q̄z si centum homines occidisset. p eo q̄ ipe eam cum ꝓpheta dei impregnasset. vnde et vsqz in hodiernū tempus sarracenoz fatue mulieres. peccatū illud ab illa cōmissum muliere. deflere feruntur. que propheta dei hoc modo impediuit. Huiuscemodi autē insanias et nephandissimi mahumeti vestri flagicia fateor ob honestatem et stili verecundiam silentio transissem. ni tibi ipe me reddere rationē coegisses. cur legem vestrā a tali datam legislatore nō eligissem potius q̄z christianoz. que castissima. que omnibus virtutibus. omni quoqz honestate refertissima. sacratissimaqz existens. vtpote a deo ipo data. longe alia est a vestra. Lex siquidem dñi psalmista teste immaculata. cōuertens aīas testimoniū dei fidele. sapientiā prestans puulis. Ac vestra porcina et nec digna dici epicurea. omniū spurcissima facile cōprobatur dinoscituraqz. Jamqz vltra pergam.

Non⁹. id qd postea de iudicijs et iusticijs vris adieceras. haud impsentiarz ipugno.

Decimus. Laudo q̄z qr tantis mulctatis penis adulteros et fures. sed ꝛ addam. vnū hoc solum. quia si cuncti apud vos adulteri lapidibus deberent obrui. pauci ex vobis superstites in vita essent mansuri. quippe qui nulla recta lege matrimonia cōtrahitis. sed potius adulterina habetis. Ad rapinas q̄z et furta estis promptissimi. et ideo cōsulte satis. Mahumetus vester simili assuetus vicio vt supra habitū est mitiores censuit penas adhibendas ne a sua maledicta lege diffugeretis.

Undecim⁹. Ex aūt a vino suos exceptis ieiunioz diebus abstinere voluit. in pmptu

causa est. q; et regio ipsa vestra calidissima omnino sit. et ob id frigida appetibiliora magis. qõ q; ipe vester pseudo ppheta cuti sue tumuit. ne vic; sui vino estuantes. insultũ in eum fecissent aut occidissent. quemadmodũ et alie gentes aduersus suos sepe insurrexere tyrannos. Nam sarraceni facilime ex ipo vino inebriant: moderamine nullo seruato Preterea hic p pudore atq; ptermitto phibitionis vim causam illam fabulosam et fatuissimã proferre in medium. quã ipe in dialogo ad Abdiam iudeum assignauit scz de duobus angelis. qui aroth et maroth appellabant. qui inebriato vino et mulierẽ quandam cognoscentes in penã. in puteo babil vsq; in diem iudicij sunt suspensi capitibus demissis. Ego enim cõfundor talia etiam scribere recitando. que delirus ille asserere veritus nõ est.

¶ Duodecimus. ita et que de paradiso predicauit. vana omnino sunt. neq; vlla possunt ratione cõprobari. vt infra diffusius patebit.

¶ Sequitur de sarracenis deq; eorũ moribus et erroribus.

In nostris temporibꝫ et iampridẽ morantur Hierosolymis diuersi cultus et ritus homines videlicet Sarraceni Judei et Christiani. Verum sarracenorum triplex est differentia pnotanda: premittendaq;. Quidã enim vocantur thurcomanni. et hi morantur ad plagam aquilonarẽ ciuitatis Hierusalẽ sub imperatore thurcor. Et hi multa ecclesie sancte rhomane crebro inferũt mala. Quidã vero appellant marrochiani. et hi inhabitãt Affricã magnã. suntq; ad australem partẽ vrbis Hierusalẽ sub dominio et ditione regis eor. Marrochij. et ex his duabus nationibus nemo est Hierosolymis hodie. Sed neq; in terra sancta. nec aliquam ibi habent potestatem aut iurisditionem. Alij vero nuncupantur Soldanini. et hi proprie morantur Hierosolymis. Quia hac tempestate ciuitas ipsa Hierusalem. et terra tota promissionis est sub ditione regis soldani. qui communiter residet in magno Cayro. Omnes he nationes sub ꝓphana lege maledicti mahumeti viuũt et omnes nolant se sarracenos Vel quia ex sara se genitos predicãt et gloriant. vel sicut gentiles aiunt q; ex origine syrorum sunt quasi syrigene. ipi et cedareni a cedar filio Ismaelis. sed ꝓprie ismelite sunt. et agareni censendi potius q̃s sarraceni. vtpote ab agar et eius filio ismaele originẽ ducentes nõ a sara. Horum sarracenorũ mores et obseruantie in credendis agendis ꝛ sperandis inferius late satis habentur in articulo tercio. ideo hic trãseo. Hi hierosolymis in sua habent possessione templũ Salomonis ꝛ ipm plurimũ veneranꝫ. qõ licet primo a Nabuchodonosor destructũ fuerit et postmodũ a rhomanis p Titũ et Vespasianũ et iterũ ab imperatore Helio adriano qui et Hierusalẽ totã funditus euertit atq; denuo instauratã a se anno imperij sui. lxx. ex nole suo Heliã appellauit. Aviris tñ fidelibus. subtili postea et rotundo opere templũ artificiose fuit reedificatũ. Aliud q̃s habẽt templum in suo vsu sarraceni. in honore virginis gloriose edificatũ. in eo loco ppe templũ Salomonis. in quo ipa post ꝓsentationẽ sui in templũ predictũ in cella quadã manẽs diu deuotissime vixit donec sancto Joseph fuit desponsata. Nam templũ Salomonis predictũ cũ atrijs suis vsq; ad locũ illũ quondã ptigebat. Et in vtroq; templo dicto sarraceni nullas prorsus immundicias sustinẽt aut sordes. sed neq; patiunt xpianos in aliqõ eor introire. Innumeras pene habẽt lampades in tẽplo salomonis die noctuq; ardẽtes. Quemcũq; ibi inueniũt xpianum indilate vel fidẽ abiurare cogũt vel occidũt Postremo ipi sibi viã precludẽtes salutis. nullũ cõtra suã sectã predicantẽ admittũt aut disputantẽ. sz solo eã gladio materiali defendũt. Apostatãtes etiã ab ea mor interimũt.

¶ Circa sectã sarracenor. et eꝝ sacrilegũ actorẽ quedã occurrũt attendẽda que ad maiorem informationẽ fidelium ꝑsertim simplicium sunt studiose notanda.

Primum de eius secte initio seu inchoatione.
Secundũ falsis et ficticijs huius secte fundamentis.
Tercium erroribꝫ et vicijs multiplicibꝫ in ea cõtentis.
Quartũ rõne et cã quare multitudo tãta gentiũ ad tales tantosq; errores cõfluxerit.
Quintũ diuturnitate durationis eius.

Circa primū sciendum q licet omnes historiographi cōueniāt in hoc q tempore eraclij imperatoris circa finē vite sue. hec secta nephanda habuit initiū vt supra habitū est. nō tamen omnes cōueniunt de modo. causa et occasione huiusmodi initij. Videtur tamē mihi q hoc tradatur sufficienter in quadaz historia breui fratris Bartholomei de lu ca q̄ de historijs Isidori et Ricardi et Martini multa collegit ad hoc ptinentia. In qua quidem historia habetur q causa seu occasio ex qua huiusmodi error sumpsit principiū fuit magna tyrānis eraclij imperatoris q̄ post victoriā de Persis habitam in superbiā eleuatus. et nimia cupiditate accensus nimis premebat Persas et Arabes et Caldeos et alios cōfines eisdem in tributis et alijs exactionibus grauibus et nozdinatis. Ex quo populi illarū regionū inclinati fuerunt ad resistendū exactoribus imperatoris. quod tamen nō audebāt cōmittere timentes ei⁹ tyrannidem et magnā potestatē. Sed mahumetus qui maxime audacie z versucie erat et etiā magicis artibus eruditus se eis adiunxit. qui inueniens dispositionē gentiū predictarū ad rebellandū rhomano imperio eos incitauit ad cōmittendā predictam rebellionem. specialiter in denegandis tributis sub coloze liberandi illas gentes a predictis exactionibus. Unde et gentes ille acceperunt eum ducem et capitaneū sub quo sepe debellauerūt collectores imperij. de q̄bus p̄dict⁹ mahumetus obtinuit multas victorias. et vt firmius hmōi principatū seu ducatū sibi vsurparet. conatus est dare eis nouuz cultum et ritum sub quo in dicta rebellione perseuerarent. Unde ꝓsilio seu suggestione cuiusdam heretici monachi Sergij nomine accepit quedam quasi prima sacramenta legis mosaice et quedā euangelij christi vt supra patet vt sic crederetur a rudibus populis esse cōseruator vtriusq; legis seu testamenti. Unde recte ꝓsideranti hec secta nephanda ꝓprie assimilatur secte seu idolatrie Jeroboam in suo initio de quo agitur. iij. Reguz xij. vbi habetur q ꝓpter fatuitatē Roboam qui respuēs cōsilium seniozū et iuuenum acquiescens delirantibus minatus est populum aggrauare in suis exactionib. Jeroboam accepit occasionē rebellandi regi. et deinde peruertendi populū a cultu diuino. qui quidem error perseuerauit in decez tribubus vsq; ad earū totalem transmigrationē seu perditionē. vt planius habetur. iij. et. iiij. Regum libris.

Post vero hmōi initium in predictis regionibus habitū multe alie gentes sunt commote ad adherendū predictis sub coloze predicte libertatis. et specialiter de radice montis caucasi egressa est gens perfida ꝓtra eraclium que quidem gens nobothea vocatur. que ꝑm Hieronymū a nabaioth primogenito ismaelis descendit. que gens deuastauit regiones imperij vsq; in Syriam et Judeā. Deinde permittente deo et malicia humana crescente totam Affricam et deinde Hispaniā fere occupauerunt. Et licet ab hispania diuina miseratione opitulante et ꝓbitate regum hispanie pro deo militante pro maiozi parte sint eiecti. adhuc tamen hodie ad exercitiū bonozum aliqua radix germinās remanet.

Circa secundū scz de falsis et ficticijs huius secte fundamentis.

Sciendū q seductoz predictus attendēs q tpe illo iam idolatria fuerat ab oze exclusa p doctrinā apostoloz z discipuloz xpi. put ꝓphetatū fuit Isaie. ij. capitulo de tempore xpi vbi habet. et idola penitus cōterentur. Similiter et Aoisdroe qui se fecerat vt deum adorari cum eius sequacibus. fuerūt per eraclium deuicti et suppressi. nō inuenit alium modū introducendi ritū et cultum nouū nisi fingendo se legis diuine hactenus approbate cōseruatorem et executorē. Et quia lex diuina edificata est super fundamentū apostoloz et ꝓphetarum. ideo finxit se esse ꝓphetaz et apostolū. Unde his duobus noibus cōmuniter apud omnes qui hunc errorē fatentur seductoz ille appellat. Uocant enim eum ꝓphetam simpliciter quasi anthonomatice. vt intelligat eximius ꝓphetarū. Uocant etiam eū nunciū seu apostolū dei cōmuniter in suis oratorijs execratis. vt vtriusq; legis cōseruator atq; eruditor estimet. Prophetam scz respectu antiqui testamenti. apostolū vero respectu noui. Recte igitur in reuelatione facta beato Johanni q̄ habet Apocalipsis. xiij. figurat per bestiā ascendentē de terra. q̄ bestialiter viuēs de gentib⁹ et ꝓgnationib⁹ terrenis ad sublimem potentiā mundanā

ascendit. Dicitur etiam habere duo cornua similia agni. quia sicut veritas euāgelica per duo cornua fuit diuulgata. scz ꝓphēticum et apostolicum. sic falsitas sarracenica fuit ampliata per dictū seductorē. fingentē se habere predicta duo cornua simul vt dictum est. Vnde notāter dicitur duo cornua similia agni. ad ostendendū q̄ nō erant vera cornua agni scz eius ꝓphētia et apostolatus. sed similia. id est ficta seu simulata. Et notandū q̄ sarraceni hec duo cornua falso nituntur fundare in dictis vtriusq̄ testamēti. Dicornu enim ꝓphetico allegant illud Deutro. viij. capitulo. Prophetam suscitabo eis rē. qō dicunt de predicto adimpleri. De secundo vero allegant illud Johannis. xiij. capitulo. Paraclitus aūt spiritus sanct⁹ quē mittet pater in nomine meo ille docebit vos omnia. Sed falsitas vtriusq̄ allegationis euidenter hic ꝓpendi potest. Nam in prima manifeste habetur de medio fratrū tuorū. qō nō potest de predicto seductore intelligi quē ipsi cōfitentur fuisse ismaelitā. In secunda autē manifeste habetur q̄ ille qui mittendus erat habebat docere omnē veritatē et suggerere oīa que christus ꝑcepit. Cōstat autē q̄ doctrinam euangelicā predictus seductor ē̄ctum in se fuit subuertit. vnde de illo nō p̄nt aliquo modo verificari verba predicta. Similiter illud quod legit Luce. xxi. ca. Ego enī dabo vobis os et sapientiā cui nō poterūt resistere omnes aduersarij vestri. non potest intelligi de predicto seductore. qui nullo modo docuit veritatem. nec ipsi et eius sequaces per sapientiam resistūt. sed solum per violentiā et potentiā armorum. vt per experientiam patet. et in suo alkorano habetur expresse q̄ deus mandauit sibi vt per gladiū cogeret populos ad recipiendū fidem suam. Ad designandum autem seu fingendū q̄ ipse esset vtriusq̄ testamenti cōseruator et sic haberet tanq̄ ꝓpheta. et apostolus precepit seruari primū sacramentū veteris testamēti scz circumcisionē. et primū noui scz baptismū. Omnes enim sub predicta secta errantes masculi circumcidunt et tam viri q̄ femine baptisant aqua. In vtroq̄ tamē errauit manifeste ab vtroq̄ testamento. Nam circumcisio que octaua die ꝑcipitur fieri. vt Leuitici. xij. capitulo patet. In etate adulta iuuenili et vltra per ipos fit. et sic predicta circumcisio nō est mosaica prout voluit fingere. sed ismaelitica seu nabaiotica. Baptismus aūt qui fm veritatē apostolice doctrine nō iteratur. quia cum sit generatio spiritualis. cōrespondet generationi carnali que non est nisi vnica. Vnde ad Ephesios. iiij. Vnus dominus. vna fides. vnum baptisma. Nam fm glosam vna christi mors vnū baptismū cōsecrauit. ipi vero fatuisantes. sepe et sepissime baptisantur seu aqua abluunt ꝓ immundicijs tm̄ corporalibus. Nā de spūalibus immundicijs minime curant et sic dicentes se cōseruare vtrāq̄ legē. vtriusq̄ se manifestant corruptores. et sic patet q̄ huius secte fundamenta sunt falsissime fictiones et inania deliramenta.

Circa tercium articulum de varijs erroribus et vicijs multiplicibus in lege mahumetica contentis.

Notandum q̄ summatim alkoranum perstringendo. inuenietur Mahumet q̄ periculose errauit. et circa credenda et circa agenda et circa sperāda. In primis equidem circa credenda vt in plurimum famosorum hereticorum errores est secutus quod hinc manifestum est. Nam diuinarū personarum trinitatem. sed et in christo Jesu deitatem negat. licet concedat ipm creaturam ceteris oībus supereminentē. et sanctissimū atq̄ virtuosissimū inter oēs hoies fuisse. intm̄ q̄ ipm noīat verbū dei et spiritum dei et animā dei. his vocabulis equiuoce vtens. Negat etiā humanitatē in xpo. ipi verbo hypostatice fuisse vnitā. quanq̄ concedat q̄ fuit de virgine sine patre natus. Tradit q̄z ipm nequaq̄ a iudeis occisum. sed quendā alium similē eius. q̄q̄ deus ipm ad se transtulerit. et q̄ apparebit denuo circa finē mundi. et occidet antichristū. et postea faciet eū deus mori. Cōmendat virginē gloriosaz mariā multum. vt eā absq̄ virili semine xpm affirmat cōcepisse. virginēq̄ permansisse in partu et post partū. nō aūt deū genuisse. sed hominē dumtaxat. Sarraceni q̄z eam plurimū venerantur et honorāt. beatissimū etiā xpi p̄cursorē Johannē baptistā. eo q̄ xpm baptisauerit et sanctissimā duxerit vitam. Ea que habent in libro apocripho de infantia saluatoris miracula: omnino vera fuisse credunt. De alijs veris miraculis eius parum

curantes. Asserit etiã mahumet in alkorano q̃ per legem suam etiam demones saluari possint. q̃q̃ multi ex diabolis facti sunt sarraceni.

Preterea in deo et in angelis corporeitatẽ ponit vti ex multis fabulis suis facile fit creditu cognituq̃. Potissimũ tamẽ id narrat. q̃ cum ipe iuisset ad deum qui eũ vocauerat p gabrielẽ. imposuit ei deus manus: et sensit tantã frigiditatẽ tactus a deo inter humeros q̃ vsq̃ ad dorsi spinã frigiditas ipa peruenit. Sed hec omnia eadẽ vtiq̃ sunt facilitate cõtemnenda qua ponuntur. neq̃ enim aliquid habent rationis aut fundamenti. vtpote quo ad aliqua nõ solum euangelice veritati. sed et philosophie naturali aduersa et rõni.

Circa agenda vero q̃tum errauerit Mahumet. ex superioribus liquido patet. Preter ea tamẽ id etiam notandũ. q̃ sarraceni circumcisionẽ obseruant anno terciodecimo filios suos circumcidentes. quo etiam anno ismael pater eor̃ legitur fuisse circumcisus Genesis. xvij. capitulo. Sed circumcisio quid ad eos pineat scire nõ possum. cum nec mahumet ipe circumcisus fuerit. nec in alkorano aliquid de ea dixerit nisi forte Abraam in hoc sequi dicant. Sed cum se ismaelis iactitent filios: z abrae a deo dicatur. Nõ in ismaele sed in Isaac reputabit tibi semen. quid ad eos de semine Abrae qui ad Isaac nullo pertinent modo. Si dicant christũ fuisse circumcisum. quid ad eos qui christiani nõ sunt sed neq̃ iudei. Ceterũ preter superius memorata. sarraceni id enixissime obseruant q̃ in singulis oppidis et villis ter in die z ter in nocte: per deputatos quosdã ex altis turribus hoc faciunt. pclamari. Lex mahumeti sancta et iusta est: et ipe summus pphetа a deo in salutẽ populor̃ missus. Omnesq̃ id audientes respondent amen vel ita est. et id eis sufficere dicunt ad salutẽ. Dant nihilominus elemosynas quibusdã ex suis quos reputant sanctos. Sanctus autẽ apud eos existimat̃ qui ab vtero matris fatuus nascitur. et in ipa fatuitate vsq̃ in senectã perseuerat. vel qui post multos longo tempore patratas nequicias paupertatẽ assumit. Hi aũt libera omniũ licentia. per domos vadunt. comedunt et bibunt. atq̃ ad mulieres ingrediunt̃. quarũ si aliquam impregnauerint. credunt ipi sarraceni q̃ puer ille sit sanctus anteq̃ natus. Ieiunant nõ nisi semel in anno modo superius exposuo. Alias nec cõfitentur peccata sua. nec aliquod habent sacramentum. nec decimas dant. nec aliquas faciunt oblationes. nec aliquod diuinũ officium habent. Sed dumtaxat breuem in die exoluunt orationẽ. versus meridiẽ ter se profunde inclinantes vsq̃ ad osculũ terre. et iterũ se leuantes. Ante orationẽ autem premittunt lotionẽ. vt superius declaratũ est: cũ aqua pura. q̃ si aquã habere nõ pñt. terra se abstergunt. credentes miseri per hoc se a quolibet etiã quantumlibet enormi crimine mundatos. quo erroze ad omnia mala. pclniores redduntur. dum ad arctiorem se putãt penitentiã minime obligatos. Duas peregrinando visitant ciuitates quas reputãt sanctas. Mecham vicz de qua superius habitum est. et Hierusalẽ quã in multa habẽt veneratione. ꝓpter templũ Salomonis quod ipi rupem appellant. Duas vero alias ex aduerso: detestantur valde ciuitates. Rhomã scz et Antiochiam. ob causas cuiq̃ erudito haud incognitas. De ceteris virtutibus. puta humilitate. patientia. castitate. misericordia vel charitate dei aut proximi. et huiusmodi nil prorsus inuenies in alkorano relatione dignum. nisi q̃ mahumet multum cõmendat psalteriũ et ꝓphetas. Moisen precipue quem magnũ asserit fuisse ꝓphetam. christum vero maiorẽ: scipm autem maximũ. Job quoq̃ laudat et legem moisi. super omnia autem euangelium christi. Et dicit q̃ christus de eo prophetauerit in euangelio dicens. Annuncio vobis de nuncio dei qui post me venit et nomen eius est mahumet. quod quidem nomen suum. asserit esse scriptum ab eterno in throno dei in superiori parte ad dexteram. Hec z multa talia risu ꝑfectu digna in alkorano cõtinentur.

Sed quia nihil horum in lege diuina. veteri vel noua habetur vt est manifestum. et ipse frequenter precepit legem et euangelium seruari. Ideo finxit aliud notorium mendacium dicens q̃ iudei corruperunt legem Moisi et prophetarum. et christiani euangelium q̃q̃ nihil remansit de veritate legis et euangelij nisi quantum in alkorano habetur. Cuius quidem fictionis falsitas licet euidens satis sit apud doctos. propter simpliciores tamen quosq̃ clare ostendi potest hoc modo. Nam talis corruptio scriptu-

rarum. puta veteris et noue legis. aut fuit vniuersalis et manifesta. Aut particularis et occulta. Nō vniuersalis et notoria. quia sic alie nationes id sciuissent ꝛ fuisset corruptio illa omnibus cognita facta. quod est manifeste falsum. Neqꝫ potuit esse particularis et occulta. qꝛ sic aliqui saltē codices remansissent incorrupti. qō iterū ex eo falsum paret. qꝛ in omni lingua et natione inueniuntur lex et euangeliū vniformiter scripta. ¶ Item lex apud hebreos est in ꝓpria sua lingua et littera. qua fuit in mōte synai patribus data. sed et posteaqꝫ a terra ꝓmissionis fuerunt expulsi et per orbē dispersi. eandē vbiqꝫ habēt legem sine aliqua variatione. Translationes q̄z per septuaginta interpretes iussu ptolomei regis egipti facte. adeo in sentētia vniformes fuere quasi vno ore et calamo conscripte fuissent. quod efficacissimū est argumentum incorruptionis veteris legis. Multo autem minus hmōi corruptio potest noue legi applicari. qō hinc patet. Nam quattuor sacra euangelia que per orbē terrarū fuerūt diuulgata. et aliqua hebraice. aliqua grece. quedā latine cōscripta. postea fuerūt a pseudo apostolis et hereticis multipliciter impugnata. suffragantibus eis nōnullis imperatoribus alijsqꝫ potentissimis viris. heresibꝫ infectis. et tamen diuina opitulante gratia. incorrupta semper et illesa manserūt. nō sine signis et diuinis ꝓdigijs. Vnde et hodie nō soluz apud latinos: sed: et apud grecos qui nobis grauiter aduersantur. sacrorū textus euangeliorū vniformis habetur. nemine discrepante. Ex quo cōcluditur qꝫ predicta mahumeti fictio nō modo est falsa sed ꝛ ꝓtra ipm facit nō minime. Quō etenim mandat legem et euangeliū obseruari. Nō equidem ea q̄ apud nos sunt qꝛ ipa dicit esse corrupta. Sed neqꝫ alia ab istis. cum nulla talia in toto inueniant orbe: vt est manifestū. Ast ꝓtera. quomodo christiani cum iudeis in tali potuerūt cōuenire corruptione. a quibꝫ tam antiquo odio secernunt. Aut quomodo ipi in eius cōsentirent corruptionē. in quo maxime discordant. in christo scz vt notū est. quem iudei nec deū nec hominē sanctū cōfitentur. Ipi vero christiani eum non modo hominē sanctissimū sed et deum verum certa religione affirmant.

Ast quanqꝫ plures ad hoc ꝓpositum adduci rōnes facile possent. be tamen sufficiāt causa breuitatis. Nam ex his satis perpendere quisqꝫ potest qꝫ etiā in alijs locis in alkorano suo mahumet falsissimis vtatur figmentis. que mediocriter edoctus quilibet interlegendum facile animaduertet. Neqꝫ tamen mirū videri debet cuiqꝫ. si canis ille impudētissimus. in sacratissimā vtriusqꝫ testamenti legē latrare ausus est. corruptā vtrāqꝫ ore aserendo impudico. Quippe qui non nisi mendacijs. falsitatibus. immo maledictionibus os habuit assuetum. Cui (vt vicem reddam ꝓ'improbis iniurijs istis condignā. et malleo malleum retundam) legem suam quam solam predicat incorruptā non nisi diabolica messe monstrabo. Ja qꝫ reuera mirari non sufficio quō persuaderi potuerit. nō dico cuiqꝫ sapienti sed vel qui per somniū aliquid humani cordis se habere putaret istum talem mendosum ꝓphetam fuisse. cuius et vita et doctrina ita cōtraria sunt nō solum diuini religioni. verū etiā humane honestati vt ipa quoqꝫ bruta animalia pene hoc intelligere possint. Sed ne longius a ꝓposito abducar hinc paucis accipe prorsus diabolicam suam extare legē. Nempe duas dumtaxat leges accepisse nos a deo (ꝓter eā que nature dicitur que et omnibꝫ cōmunis est: humanā participantibꝫ naturā) constat. Altera quarum gratie. altera iusticie lex appellatur. Lex quidē gratie talia iubet. diligite inimicos vestros. benefacite his qui oderunt vos ꝛc. huiusmodi. Lex iusticie. oculum pro oculo. dentem pro dente. vsturam pro vstura. percussurā pro percussura ꝛc. Item que ad talionem pertinēt reddi imperat. harum duarū nullam mahumeti esse manifestum est. Cum ergo iste due tantummodo leges hominibus date sint. quarum altera diuina. altera humana magis esse videtur. ista tercia lex a mahumeto inuenta quid erit nisi diabolica. Diabolo enim inspirante. hanc subito nescio vnde emersisse cognoscimus que nec humana nec diuina esse probatur. Sed intervtrāqꝫ prodigiosa facie nunc hoc nunc illud videri volens. et se nunc illam nunc istam esse cōfingens. nullum alium nisi diabolum qui se inter deum et homines semper medium facere nisus est: imitatur.

Sed forsitan dices. inde probari hanc esse diuinam quia cum mahumet ideota et sine litteris esset nullatenus eam scribere vel annunciare hominibus nisi diuina virtute po-

tuisset. maxime cum ipe ibi dicat. si hanc legem fecissemus descendere supra montē inclinaret se mons ipse. et adorare eam pre timore dei. Et multa talia friuola et nihil rationis habentia. de quibus etiam supra habitū est. velut signa ⁊ pdigia legi sue attestantia adduci possent. Q signa et miracula in istis ait mahumet ipse. Q signa cōparāda mari rubro diuiso. et soli ad imperium Josue stanti et christi precepto mortibus imperanti. immo vere magna tam veritatis q̄ virtutis inopia. Profecto argumenta immo deliramenta omni rationi vacua. quasi incompertū sit nobis quibus cōplicibus et qualibus aduitoribus legē cōfecerit suam. quos supra descripsimus late satis. // Porro circa speranda quā nō modo erronea sed absurda et omnino irrationabilia pernitiosus ille seductor senserit atq; in alkorano posuerit hinc accipi potest. Nam asserit q̄ vltima hominis beatitudo cōsistat in comedendo. bibendo. luxuriando cum virginibus et mulieribus speciosissimis. Itemq; in preciositate vestium et lectorum. ymbraculorūq; amenitatibus. in ortis irriguis. pincernis dapiferis atq; ministris. existentibꝰ angelis et huiusmodi. Et profecto radicales errores quibus gentem illam brutalem seduxit ex hoc profluunt fonte. immo hac sentina prodeunt. vnde paulo hic diutius subsistendum arbitratus sum ne sensuales et carnales hinc hauriant venenū. Quorum sensus et cogitatio prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Facile autē mea quidē censura. hec falsitas potest reuinci. nō solum ex theologia: sed etiā ex morali philosophia. vti de hoc acute et docte perypathetico⁹ princeps Aristoteles scribit in primo pticum ethicorum et decimo. Equidem ex dictamine rōnis naturalis cōcedere cogimur q̄ felicitas humana ne dum cōtemplatiua verū etiam politica in bono tantummō cōsistit honesto. quod est bonū rationis. Nam ꝑm boetium in. iij. de consolatu philosophico. Si voluptas beatos efficere posset. nil cause esset quin et pecudes beate dicerent. Unde voces iste voces pecudum sunt: nō hominū. proinde vltimā hominis felicitatē et carnalibus voluptatibus ponere ridiculosum opido est inter sensatos tē. Constat enim quia magis et minus nō diuersificant speciem. vnde sequitur quia nō alia bona q̄ habeat vita ista. promisit seductor ille suis deceptis. vbi enim eis promisit flumina lactis et vini et mellis. nō promisit eis alios liquores ꝑm speciem quā habeat vita ista. et si forte gustu suauiores. Eodem modo se habet et de saporibus cum sint determinati numero specierum suarum. nec ampliores nec alij esse possunt Preterea queremus ab eis vtrum cibi huiusmodi et potus corpora hoim tunc nutrient: aut non. si nō frustra assument. Si sic cum nutrimentum nō sit nisi reparatio cōsumptionis que fit per motum et calorem vitalem. erit ibi cōsumptio et reparatio corporū. ergo erunt corpora et cōsumptibilia et reparabilia. quare et defectibilia et mortalia de necessitate: nisi per nutrimentū occurrat. Hoc autem est admixtio magne miserie videlicet quotidianus cōflictus cōtra ruinam corporis et quotidiana refectio cōtra eius cōsumptionem. Eruntq; epule huiusmodi nō solū felicitati sed etiam vrgentissime necessitati qua per ꝑsumptionē corpora necesse est quotidiane refectionis alimonia retineri.

Amplius queremus ab eis vtrum sint ibi digestiones ciborum et potuum. quas ibi esse necesse est. Cum enim cibi et potus multas partes habeant que nō cōueniunt nutrimēto humanoꝝ corporū. necesse est eas per digestionē separi ab eis que conueniunt hmōi nutrimento et in secessum mitti: et tandē egeri. Quare cum hmōi digestiones et egestiones finē nō habeant. nō sufficiet paradisus illa etiam sola stercorū egestionū capere. cū omnis regio corporalis finita sit magnitudine. Pulchre ꝓinde irrisit quidā christian⁹ quendā sarracenū ex hoc ita dicens ei. Maledicta paradisus in qua et in quā merdat. Nō si forte dixeris q̄ ea ibi erit vis ventriū vt totam superfluitatē cōsumat. quanto melius et rectius diceres. quia ea erit ibi virtus corporum vt ꝑsumptionē seu resolutionē nō patiant. Multo enī minus est nō pati cōsumptionē ab alio q̄ facere cōsumptionē in cibo et potu. // Amplius cū ponāt coitū necesse habēt ponere superfluitatē tercie digestionis. cur ergo nō prime et secūde digestionis.

Ex hoc vero sequunt abhominācde feditates. Aut enī erit ibi generatio ex illo vsu mulierū. aut nō erit. Si erit et hoc ꝑ modū vite isti⁹. erit ꝓfecto magna miseria parientiū et

nutrimentum et tanto maior quanto crebrior erit ibi commixtio marium ⁊ feminarum Quocunq; autem modo sit. quia mors ibi locum nō habet. crescet populus in infinitū Finita est autē regio paradisi illius et omnis regio corporalis sicut ex naturalibus scimus. quare breui tempore necesse habebit exire pars magna populi illius de paradiso tali. et oportebit eis creari regionem aliā ad habitationē eorum. Et nō vnam solam sed et infinitas. quoniam impossibile est regiones finitas quantecūq; sint. homines capere infinitos. et hoc manifestum est eadem via qua declarant omne corpus esse finitum et nullum posse cōtinere infinita tanta quantacūq; parua demonstrata. Q. q; si nō erit ibi generatio. erit ergo sterilitas in maribus et feminabꝫ. quare frustra erit ibi vis generatiua in vtriq;. Amplius sterilitas plaga est et lesio nature in virtute generatiua. vel ex pte virorū vel mulierum. propter quod remanet opus generationis incōpletum. Ibi autē nec plaga nec lesio nec incōpletio siue imperfectio vlla locum poterit habere.

Amplius. secōm hoc vis generatiua nō deseruiret fructui sed tantū fede voluptati. Finium autem bonus generationis est fructus siue proles. et absq; vlla cōparatione melior est fructus q; voluptas istius cōmixtionis. ergo priuabitur ibi virtus generatiua eo qō est optimū in ea. et minus bonum in infinitū ex ea proueniet tunc quam nunc pueniit in vita ista. ergo vis generatiua nō beatificaretur ibidem. quod est absurdum dicere Q. si dixeris q; nō erit ibi in cōmixtione maris et femine feditas vel immundicia. sed sola cōiunctio corporū ⁊ amplexus. absq; emissione humore hincinde. Manifestū est qz equiuoce veteris nomine cōcubitus. Preterea quid erit paradisus ista nisi taberna inde fesse ingurgitationis et perpetue turpitudinis prostibulū vt pretereamus innominādas alias abhominationes et feditates. que ex huiusmodi cōmixtionibus mariū et feminarum sequntur.

Q. autē dicit mahumet angelos pincernas futuros atq; dapiferos eorum qui sibi crederent et legē suam seruarent ⁊ c. Quis nō rideat. sanctos angelos felicitatē illam quam oculus nō vidit nec auris audiuit. et in cor hominis nō ascendit. deserere. vt lectos parent eis et ornent ad turpitudines exercendas. et angelice beatitudinis siue excellentiam. in coquinariā seu dapiferariam aut pincernariā cōmutent seruitutem. Incōparabiliter enim vilius est seruire huiusmodi lectis et mensis q; porcis. Vnde animalis iste homo animalibus hominibus loquens nec futuram patriam aut eius felicitatē. immo nec patriam vocē pecorinam intellexit neq; somnia sua delirus agnouit.

Amplius. vt vniuersali sermone dicamus. aut cum huiusmodi delitijs carnalibus erūt simul et delitie spirituales. aut nō. Nō potest dici q; sic. quia manifestum est q; se nō cōpatiuntur. Nam spirituales delitie animā ad se trahunt et in se totam rapiunt. nec sentire carnalia patiuntur ea hora. qua mentē tetigerint humanā. vti in raptu aut extasi liquido est videre. vbi etiā ad modicū bona spiritualia gustata animā totā ad se rapiunt ac a sensibus et sensibilibus abstrahūt omnino. Quanto ergo fortius vbi totaliter beatificabitur mens humana. nil carnalis sensibilis voluptatis. permittet sentire vel etiam cogitare. Si modica stilla spiritualis voluptatis totam eam occupat et absorbet. quid faciet torrens ipe voluptatis in ebriatis abrbertate domus dei. Nō ergo simul esse possunt felicitas spiritualis et illa de qua loquimur carnalis. Q. si dixerit quia alternatim id est latera post alteram fruentur in vita illa. sequitur ex necessitate q; neutra erit plena. cum neutra sit cōtinua. Cōtinuitas autem pars est felicitatis.

Amplius ex ipa experientia sensus patet q; gustantes delitias spirituales statim fastidiunt carnales. iuxta vulgatā sententiam. gustato sptritu desipit omnis caro. Vnde impossibile relinquitur q; beati in patria a spiritualibus redeant ad carnales. Cum enim ea hora qua vacant spiritualibus. carnales minime appetant. adhereant vero spiritualibus fortissimo amore qui nec memoriam patiatur carnalium voluptatū. impossibile est q; ab eis redeant voluntarie ad carnales cum illas nō appetant illa hora. Nihil est ibi quod eos a spiritualibus delitijs abstrahat vel trahat ad carnales eo tempore et hocvoluntarie. Violentia autem vel subreptio ibi locum nō habet. Vnde manifestū est semel admissos ad spiritualē felicitatem. ab ea vel ad modicū diuertere aut se iungi nō posse.

ergo impossibile alternatim vtrancz ibi obtineri. ergo necesse est felicitatem spiritualem vel omnino ibi nō esse vel solam esse. id est p̄eter carnalem istam de qua loquimur. cum nec possit esse simul cum ea. nec alternatim. puta nec post nec ante illam. Et si ibi nō est felicitas spiritualis. q̄ est indubitāter potissima. nobilissima et maxima pars felicitat̄ (si tamen et alia est aliqua eius pars) apparet euidenter q̄ felicitatē nō posuit. sed partē felicitatis et illam modicā atcz vilissimā quia carnalem posuit solam. etiam si nomine felicitatis digna esset. Modicum enim esse in nobis id quo cum brutis cōmunicam⁹ omnibus scitum est. Erit q̄z iniquitas magna in deo atcz peruersitas. quoniā cōstat partē illam sensualem in nobis semper rebellem esse honestati. et dei voluntati. quā sic remunerabit. Portionē autem in nobis superiorem que et longe p̄estantior est. que p̄o vera honestate pugnat ac dei voluntate. non remunerabit p̄opria gloria et felicitate. Absit absit hec a deo iniquitas: qui equissime quecz iudicabit.

Declaratum ex his arbitror satis euidenter. quia nō modo impossibile est carnalē esse paradisum et felicitatē sensibiliū deliciarū: sed etiā ridiculosum. Et q̄ somniata hmōi felicitas nōnisi brutorum est animaliū. Et q̄ vera felicitas nō sustinet huiusmodi delitias carnales quas somniator ille p̄edicauit sed necessario abstrahit ab eis. Unde in patria esse poterunt minime. iuxta verbū veritatis quod matthei. xxij. habetur. quia in resurrectione nō nubent homines necz nubentur. sed erūt sicut angeli dei in celo. Et Luce. xx. capitulo dicitur. Necz nubēt necz ducent vxores q̄ digni habebunt illo seculo. Equales enim erunt angelis dei. Et tantū de isto articulo dicta sufficiāt p̄pter simpliciores adducta. ne huiuscemodi deliramentis a fidei nostre abducant veritate.

Porca quartum articulū de causa scz cur ad eam sectam que tot p̄tinet errores et falsitates tanta cōfluxerit hominū multitudo. cum naturalis ratio semp ad optima deprecetur. vt dicit in primo ethicor. et per cōsequens ductu naturalis rationis. homines huiusmodi errores et falsitates horrere deberēt. Potuerit p certo quisq̄ nulli vnq̄ notabili vel sapiēti homini eam placuisse primo. sed miserrimo et imperitissimo vulgariū hominū generi. qui ab eo de locis siluestribus cōgregati. cū has primas leges audissent. rei nouitate stupefacti sacrilegas fabulas diuina esse oracula crediderunt. Deniqz cum et paupertatez assiduo ruralium operū labore cōfecti fuissent. cibi. potus. precioſarum vestium. vmbroſe amenitatis. vasorū spectabilium. vxorum insuper pulcherrimarū et infiniti cōcubitus. aliarūq̄ spurcissimarum paradisi delitiarū beatitudinē audientes. secz ibi ex p̄missione mahumeti iam iamq̄ futuros esse sperantes. ad omnia quecunq̄ ipse mahumet voluit: pecorini homines cucurrerunt. Inde est q̄ cōtra regem persidis exiens sic adiutus est ab eis vt vinceret. Promissit siquidem omnibus qui in bello ipō p eo mori eligerent sui paradisi delitias. Iccirco animosius cōgressi pugnauerūt vt ortos optimos quos in perside viderant obtinerent. Nam et illos se post victoriam eis daturū dixerat. vt in hoc seculo et in futuro semp in ortis essent. Delectant enī arabes maxime pulchritudine ortorū.

Nec si denuo inferat aliquis. Nō soli rustici sed et multi alij etiam nobiles et philosophi legem illam sunt secuti siue sectam. vere multi alij sed pessimi et qui grauati ere alieno. vel p suis sceleribus morituri hanc solam euadendi viam inuenerūt sapientem. vel honestum virum ad sarracenitatē de alia qualibet lege vel secta venisse: profecto nemo vidit vnq̄. Illi vero philosophi arabes nati et qui sub lege sarracenica claruerūt. puta Auicenna et plericz alij. magno et excellenti ingenio viri. et si forte legis sue ineptias cognouerunt. resistere tamen tante multitudini rudis populi. aut nequiuerūt. aut metu mortis noluerunt. aut iusto dei iudicio cum et ipsi carnales homines essent in reprobū sensum dati sunt vt eam in qua nati essent legē defenderent potius et approbarent q̄s impugnarent. Porro hi qui ex iudeis vel christianis ad eos veniunt. absit vt aliqua hoc faciant honestate prouocati. Sed quia miseri impudici legis sue regulas nō ferunt. ad latam et spaciosam viam quam mahumet docuit. ducentē ad baratrum sese cōuertunt. Quod quidem christianis maxime cōtingit. quorum lex spiritualis et celestis. Omnia

que in mundo sunt spe et desiderio amoreq visionis et fruitionis diuine. que eterna est et semper manens cõtenni precipiens dum carnales et fluxas infelicium mentes cõprimit. ab ea diffugiunt. quia pugnare contra carnis cõcupiscentias nolunt. Hoc tamen certissimũ omnibus sit quia neq iudei neq pagani neq christiani quomodocũq se exterius habeant. venientes ad sarracenos. etiam si se esse de secta eoꝝ foris simulent nunq tamen ex corde sunt. Simulant aũt se esse quod nõ sunt. vt sicut predixi aliquod corporis euadant incomodũ. Aut vt porcinis voluptatibus quarum apud eos copia et licentia est perfruantur.

¶ Ceterum quemadmodũ sanctus doctor aquinas in summa sua cõtra gentiles libro primo. capitulo. vi. notat. Alia penitus via fuit introductionis legis mahumetice et veritatis euangelice in orbem hincinde. Siquidem lex noua et euangelica nõnisi diuino miraculo mundo fuit ꝓpalata. Secta vero mahumetica opposito totaliter modo. Quod hinc potissimũ liquet. Nam in lege euangelica omnẽ intellectũ humanum transcendentia predicantur. vt est trinitas personarũ cum vnitate essentie in diuinis. et natura diuina ac humana in christo hypostatice cõiuncte. et huiusmodi que omnino naturalis intellectus cognitionẽ excedunt. In secta vero mahumeti nil traditur credendum. nisi qđ facile a quolibet mediocriter intelligenti naturali potest ingenio cognosci. vt est vnitas dei et christi hominis excellentia super alios prophetas ante eum et huiusmodi. Multi etiam hominũ substantias spirituales separatas nõ cognoscunt. ideo etiam in deo et angelis mahumet posuit corporeitatẽ. Et hec vna causa est ꝙ plures sectam illam suscepe runt tanq cognitu credituq facilioꝛẽ. Preterea in veritate euangelica vt supra habitum est carnales voluptates cohibentur. vt sunt veneree delectationes. honores. diuitie et huiusmodi. At cõtra in secta predicta. omni carnali voluptati laxantur habene. quin etiam fastus et pompe. velut quedã virtuosa predicantur. ideo multi eam sequunt. Amplius in euangelica veritate ꝓmittuntur premia nõ modo inuisibilia sed etiam a mortalibus incõprehensibilia. vt manifestum est ex illo apostoli verbo. Oculus nõ vidit nec auris audiuit rẽ. que preparauit deus diligentibus se. Ab huiusmodi aũt nõ multũ inclinantur naturaliter homines. quin potius sensibilia amplectuntur. que in lege mahumetica mercedis loco promittuntur. Inde est ꝙ tanta multitudo pestifere huic secte adheret. quoniam stultorum infinitus est numerus. Unde iure meritoq pro maximo deputatur miraculo noua in lege ꝙ ipa per simplices et ideotas in totum diffusa orbẽ terrarum. puta per apostolos predicata. mortaliuꝫ animos per fidem euangelij cousq attollit. vt visibilibus spretis. sola inuisibilia querant. sequantur. sperentq. deo nimirum verba illorum credibilia faciente. signis. portentis. et virtutibꝫ varijs. mirisq sancti spiritus distributionibꝫ. Hec sane causa est qua freti sine vlla ambiguitate suscipim⁹ quicquid mater ecclesia vniuersalis et apostolica docet. vsq adeo vt pro tantorum documẽtorum assertione. per dei gratiam omni genere tormentorũ mori nõ timeamus. scientes pro certo vitam nobis gloriosam restare in celis. quam nobis cõcedat post hanc miseram fragilem et caducam vitam ipe qui vite mortisq habet imperium christus in secula benedictus Amen.

¶ Circa quintũ de diuturnitate durationis illius secte.

Attendendũ ꝙ nõnulli mirant de hoc ꝙ secta ista tam erronea et viciosa vt dictum est tamdiu durat. cum ex cursu veteris et noui testamenti vsq ad ipam exclusiue nulla secta seu ritus erroneus tante fuerit duratõis. Videmus enim ꝙ assirij et chaldei perse et greci ꝙ populũ dei ꝑ interualla tpm afflixerũt. fuerunt parue durationis respectu durationis illi⁹ secte. Similiter rhomanoꝝ et idolatrarũ secta modicum durauit respectu istius. Ex si dicat ꝙ hmõi durationis nõ est causa querenda. cũ sit ex volũtate diuina hoc ꝓmittente. cuius scz voluntatis causa nõ est q̃renda. hoc non videtur sufficere. Nam licet diuine voluntatis q̃ est eius essentia nõ sit causa querenda cum sit prima causa omnium. nihilominus tamen de eius effectibus a sanctis et iustis viris nonnunq cause queruntur in similibus. Unde Jeremias capitulo. xij. deo dicit. quare via impiorum prosperatur bene est omnibus qui preuaricantur ⁊ inique agunt.

plantasti eos et radicem miserunt. proficiunt et faciunt fructum. Et Habacuc deum allo
quens in primo capitulo dicit. Mundi sunt oculi tui ne videas malum. et respicere ad
iniquitatem nō potes. Quare ergo nō respicis super inique agentes et taces devorante
impio iustiorem se. Que verba ꝓprie possent applicari ad hoc ꝓpositum. Nam deus vi
detur tacere permittendo q̄ populus iste tantis erroribus et viciis implicatus. populū
iustiorē se devorat scz christianū. et hoc per tam insuetā durationis diuturnitatē. Nam
ab initio illius ꝓphane secte vsq̄ in hodiernū temptus currēte scz Anno dñi. M. cccc.
lxxxv. fluxerūt anni octingenti quinquaginta vel pauloplus. vt ptz recte cōputāti. Nec
tamen adhuc apparent signa cōsummationis vel desitionis ipius. de quo nō solum mul
ti mirantur tante durationis causam nō inuenientes. sed etiam quidā alij in fide claudi
cant. murmurantes de dei prudentia et eius equissima iusticia. Ad hanc questionē do
ctor quidā ex iudaismo ad christianismū cōuersus (cuius nomē ob reuerentiā silere ma
lo q̄s exprimere) ita putauit respondendū vt infra habetur. Assignans tres differētias
inter sarracenos et alios paganos p̄cedentes. quas differētias fideliter hic recitabo pri
mum. Deinde necessarijs rōnibus et maturis improbabo. dicit autē sic. Quanq̄ tā sar
raceni q̄s pagani eos p̄cedentes cōueniant in rōne infidelitatis. omnes enim tam isti q̄s
illi carent fide vera. Differunt tamē in multis et specialiter in tribus que ad ꝓpositum fa
ciunt. Quorum primū est. q̄ hec secta licet mala ⁊ pessima vt dictū est. nō tñ est idolatria
nec cultū idolorū publice in suo dominio permittit sicut alie secte precedentes cōmuni
ter faciebant vt est manifestū. Nam a tempore assyriorū et chaldeorum vsq̄ ad tempus
Cosdroe inclusiue. cuius dominiū ꝓpinquum fuit ipo mahumeto semper viguit cult⁹
idolorū inter gentes. qui populū dei vexabant. vt patet in veteri testamento. et in histo
rijs ecclesiasticis. et legendis sanctorū. Cōstat autē q̄ inter omnia peccata quibus de⁹
offenditur: peccatū idolatrie est potissimū. intantū q̄ deus se ostendit ferventius seu ar
dentius illud punire q̄s alia peccata. vnde Exodi. xx. vbi phibetur idolatria dicit deus
zelotes dum tatat. ⁊ nō alibi vbi alia phibentur peccata. Nam cum dixisset. Nō adora
bis ea scz idola nec coles. subdit. ego sum dñs deus tuus fortis et zelotes. Et ibidē capi
tulo. xxxiij. cum dixisset. Nō adorabis deum alienū. statim subdit. quonia dñs deus tu
us dominus zelotes nomen eius ⁊c̄. Et Deutro. xxix. loquens de homine idolatra dicit
Tunc q̄s maxime furor eius. i. dei seuiet. et zelus cōtra hominē illum. et sic in multis alijs
sacre scripture locis. Cuius ratio est. Nam zelus importat intensionē affectus ex quo
quis vehementer querit excludere illud qđ sibi repugnat. ſm Augustinū libro. lxxxiij.
q. Et quia cultus idolorū inter cetera peccata magis repugnat cultui diuino. ideo circa
hoc peccatū dicitur zelotes et zelare singularius q̄s in alijs peccatis. vnde etiā nō tam
diu tolerat durationē eius sicut aliorum peccatorū. Eo⁊ modo quo viri dicuntur zelare
vxores. ne per cōsortium aliorū impediatur singularitas quā in vxore querunt. vñ non
tamdiu tolerat zelotipiā sicut alia vicia que de vxoribus suspicantur. Et quia ista secta
nō incurrit peccatū idolatrie cōmittendo nec permittendo. Ideo non mirū si deus eam
longiori tempore tolerat q̄s alias sectas p̄cedentes. quarū plures publice idola colebāt.
Si autē dicatur hic q̄ idolatriā multo maiori tempore deus permisit. Incepit enī ſm
quosdam a tempore Enos qui fuit tercius ab Adam de quo Geneſis quarto. Sed ōm
vero alios a tempore Nemroth. de quo Geneſis. x. Et quicquid sit de hoc manifestum
est. quia tempore Moisi egiptij idola colebant. vnde Exodi. xi. In dijs egipti faciam
iusticiam. et tempore Dauid legitur in ps. Omnes dij gentium demonia ⁊c̄. Unde ra
tio predicta nō videtur habere locum cum sit manifestus q̄ deus per multo maiora tem
porum spacia. idolatriam in gentibus permisit. Ad hoc dicendum q̄ idolatria est no
men generis. sub quo cōtinentur multe et varie species idolorū et cultus eorū. Unde di
uerse gentes seu nationes diuersa idola colebāt et sub diuersis ritibus. Unde Judicum
x. de filijs israel dicebat q̄ seruierūt dijs Aram et dijs Sydon et dijs moab et dijs a
mon et dijs philistijm et hmōi. Cū aūt aliqua gens aliā superabat. deos illi⁹ gentis de
uicte destruebat et cultum eorū. Un̄ Esaie. xxxvi. Rabsaces noie sennacherib qui mul
tas gentes devicerat dicebat. Ubi sunt dij Amath et Arphat. et vbi sunt dij Saphat

et Bayn ⁊c. quasi diceret q sicut deuicerat gentes illas ita et deos earū. Ex quo patet q sicut nulla fuit potestas mundana que tm duraſſet ſicut potestas huiꝰ ſecte. de qua loquimur, put ex hiſtoꝛijs pt haberi. ita nec fuit aliqua idolatria intantū durans. Nā vna ſpecie idolatrie ſupata per aduerſarios ſue gentis. Alia ſpecies idolatrie ſcz alteriꝰ gentis ſuperantis inſurgebat. et ſic licet deus multo tempoꝛe idolatriā ſub rōne generis p̄mitteret. nullam tn̄ ſpeciē idolatrie diu tolerabat: ſed vnam per aliam puniebat. Et ideo quādo rhomanū imperiū vt omnes nationes ſibi ſubiugaret. omnes ſpecies idolatrie recepit. vt in hiſtoꝛijs ſcolaſticis legitur de phano pantheon. Tunc deus omnes hmōi idolatrie ſpecies. per chriſtū et eius doctrinā deſtruxit, put fuit p̄phetatū Danielis. vij. q lapis ſcz chriſtus de monte abſciſus ſine manibus. i. abſq; humana poteſtate natus. ſtatuam id eſt idolatriā gentiliū diminuit quo ad omnes eiuſ ſpecies. p̄out latius alibi declaratur Et ſic patet ratio vna quare iſta ſecta nephanda de qua loquimur in p̄oꝛia ſpeciez ritu tot temporibus predictis plus q̄ alia ſpecies idolatrie toleratur. Nā in iſta eſt infidelitas ſine idolatria. In alijs vero p̄cedentibus fuit idolatria cum infidelitate. Idolatrie autem punitio zelo diuino ſubiacet quo deus feruentius et celerius eam punit q̄ alia p̄ccata vt dictum eſt.

¶ Secundum vero in quo differt iſta ſecta ab alijs p̄cedentibus eſt. q p̄cedentes vt cōmuniter cogebant fideles ad adoꝛandū ſeu thurificandū idolis vt patet in daniele de tribus pueris. et in libris machabeoꝝ. et multo frequentius et clarius in legendis apoſtoloꝝ et martyrū. qui per tyrannicā poteſtatem multipliciter toꝛquebant vt cultum idolis preſtarent. ſuper quo mirabilia toꝛmenta patiebant vſq; ad ſanguinis effuſionē immo et moꝛtē. Tenentes vero iſtam ſectam ſarracenicā cōmuniter⁊ vt in pluribus nō cogūt fideles ad apoſtatandū a fide. Nam in alkoꝛano p̄cipitur q omnes homines nō recipientes legem ſuam occidantur niſi ſoluant tributū. Ex quo patet q per ſolutionem tributi: ſoluuntur ab hac coactione. Solutio autē tributi ſuperioꝛibus. etiā ſi ſint infideles licita eſt dicente chriſto Luce. xx. Reddite que ſunt ceſaris ceſari ⁊c. Q autē ſarraceni nō cogunt fideles ad apoſtatandū a fide eſt manifeſtū per experientiā. Nam manifeſtum eſt cni q hodie in ſancto ſepulchꝛo Hieroſolymis et in ciuitate Bethleem ſunt monaſteria fratrū minoꝝ deuote viuentium. et in monte Synai vbi coꝛpus beate Katherine requieſcit ſunt multi monachi deo ſeruientes ſub regula ſancti Baſilij. Et ſic patet ratio ſecunda quare iſta ſecta licet mala et pernitioſa. nō tamen fidelibus tam nociua nec periculoſa eſt ſicut alie ſecte p̄cedentes que conabantur cogere chriſtianos ad apoſtatandū a fide et negandū chriſtū. Unde nō mirum ſi diutius toleret q̄ ſecte erronee p̄cedentes. Sed forte cōtra predicta dicetur q licet iſta ſecta cōmuniter nō cogat fideles ad recedendū a veritate fidei: tamē ſupꝛimit eos vehementer. ita q viuunt inter eos quaſi ſub iugo captiuitatis et ſeruitutis. ¶ Item predicti quotidie mouent bella cōtra chriſtianos et multos occidunt et captiuāt. et terminos eoꝝ et terras deuaſtant. Ex quibus videtur q p̄o honoꝛe noſtri dei nō tm debuiſſent tolerari. ¶ Ad primū dicendum q viuere abiecte et ſub iugo ſeruitutis nō diminuit aliquid de veritate eccleſiaſtice dignitatis. Nam vt ait Hilarius in. vij. de trinitate. hoc habet p̄ſpium eccleſia. vt dum perſecutionē patitur floꝛet. dum oppꝛimit creſcit. dum cōtenni perſiſtit. dum ledit vincit. dum arguitur intelligit. tunc ſtat cum ſupari videtur. hec ille. Ex quo patet manifeſte q veritas eccleſiaſtice dignitatis nō cōſiſtit in p̄ſperitatibus mundanis. dicēte chriſto Johannis. xviij. Regnū meum nō eſt de hoc mundo. ſed potius in aduerſitatibus mundanis p nomine chriſti tolerandis. quod etiaz ex proceſſu primitiue eccleſie in bonis ſpiritualibus poteſt haberi. Manifeſtum eſt enim q in eccleſia primitiua a tempoꝛe apoſtoloꝝ vſq; ad tempus Siluestri pape. quādo nulla poteſtas mundana erat apud fideles. tunc eccleſia maxime p̄oſperabat in ſpiritualibus. floꝛebat enim frequentibus triumphalibus martyrijs. quādo p fide chriſti ſuſtinenda ſummi pontifices et alij p̄lati et viri religioſi. etiam ſimplices vtriuſq; ſexus. p̄o chriſti nomine gaudenter toꝛmenta et rabiem tyrannoꝝ vſq; ad moꝛtem acerbiſſimā ſuſtinebant. Ex quibus manifeſtabat q virtutes diuine ſcz fidei et ſpei et charitatis. p̄o tunc in eccleſia. q̄ ſunt

vera et maxima bona spiritualia: maxime abundabant. Quando autē processu temporis fideles magnas potestates seculares obtinuerunt. tunc predicte virtutes et si per miſericordiā diuinā nō ex toto defecerunt. nō tamē sub eodē vigore cōmuniter reperiunt. sicut in ecclesia primitiua vt est manifestum. Inter fideles etiā cōmorantes his temporibus in partibus vltramarinis. multi reperiunt deuotiores q̄s in istis partibus. qō satis patet ex magna patientia eorum in tolerandis obprobriis et iniurijs sarracenorum frequenter pro noīe christi. Ad secundū vero dicendum q̄ ſm Aug⁹. in. iij. de trini. ca. xvi. et allegatur a magistro in primo dist. xlvi. Mala que ab iniquis infidelibꝫ fideles pie perferunt. ipis scz fidelibus vtiq̄ prosunt ad emundanda peccata. vel exercendam probandāq̄ iusticiā. hec ille. Unde huiusmodi debellationes a sarracenis haud dubium. diuina inferuntur voluntate christianis propter multa eorū peccata que ab eis cōmittuntur in dies et plurimū inualescūt. et in talibus sarraceni reputandi sunt vt flagellum dei et virga furoris eius. prout Ysaie. x. ca. habetur. et ita talia ꝓprie fiunt ad emendanda peccata. Quādoq̄ vero ad exercendā probandāq̄ iusticiā. Nam deus qui sine testimonio sue bonitatis: nullum tempus relinquit. languentibus seu tepescentibꝫ predictis principalibus virtutibus. prouidit ecclesie sue. dans ei reges et principes qui viriliter et fortissime sepe cōtra aduersarios fidei strennue pugnarunt. put patet in historijs germanoꝝ et gallorum et aliorū orthodoxorū europe principum. Ex quibus patet q̄ sicut olim cōtra idolatras feroces qui cogebant fideles ad recedendū a cultu diuino et ad adorandū idola. deus disposuit martyrū cōstantiam per quā ostenderetur firmitas fidei ecclesie erga deum. Sic cōtra falsos sarracenos. in armorum potentia cōfidentes. prouidit de potentibus et fortissimis principibus. pro deo strennue militantibus. in quo diuina ꝓuidentia que in sui dispositione nō fallitur se ostendit fideliū iustū et pium gubernatorē. Tercio vero in quo differt ista secta a precedentibus est q̄ ꝑcedentes secte idolatrarū: dignitatē christi in omnibus et per omnia denegabāt. negantes nō solum eius verā deitatem. sed etiam eius bonitatem seu virtuositatē humanā. asserentes ipm fuisse seductorē et maleficum et huiusmodi. Unde cum viros iustos et fideles ad recedendū ab eius fide cogebant. deridebant eos ꝓpter crucem et passionē christi dicentes. quomodo inter deos debet cōputari. et tanq̄ deus coli qui seipm nō potuit saluum facere. que quidē blasphemia christi cōmuniter inuenitur in legendis sanctorum martyrū. qui sub tyrannica potestate rhomanoꝝ et persarum ⁊ aliorum tyrannoꝝ post passionē christi martyrio sunt coronati. Secta vero ista hoc nō facit. Nam vt dictum fuit supra in tercio articulo. licet deitatē christi neget que est summa et ineffabilis excellentia diuine persone. Cōcedit tamen ipm fuisse excellentissimū super omnes creaturas mundi vt dictum est. Unde nō mirum si cōtra istam sectam tolerabilius se habeat diuina iusticia diutius eam sustinendo q̄s alias precedentes christū hominē vituperantes. Et attendendū q̄ circa finem mundi antichristus surget prout. ij. ad Thessalo. ij. dicit. qui omnes psecutiones omniū sectarum predictarum excedet. Nam fideles nō solum coget ad recedendū a cultu christi: sed etiam ad adorandū ipm antichristū tanq̄s deum vt ibidem habetur. Et ideo nō tm dicitur antiapostolus et antiprophcta sicut Habumetus vt dictuꝫ est. sed etiā antichristus tanq̄s ceteris magis christo cōtrarius. Et ideo sicut deus disposuit cōtra persecutionē idolatrarū que maior fuit q̄s sarracenorū vt dictum est martyres. qui fortissimi fuerūt in fide. intantū q̄ mundū vicerunt. omnia mundana tormenta. p fide christi sustinendo. Juxta illud. Hec est victoria que vincit mundum scz fides vestra. i. Johannis. v. Sic cōtra persecutionē sarracenorū disposuit reges qui licet in fidei firmitate nō tm gradum attigerint sicut martyres. fuerunt tamen in fide stabiles. et in armorum potentia deo strennue militantes. intantū q̄ de ipsis potest dici q̄ per fidem vicerunt regna: licet nō mundum. vt habetur ad Hebreos. xi. et Johānis dicto capitulo. Et hec fuit sufficiens prouisio ad sarracenorum maliciam refrenandam. Sic etiam disposuit cōtra maximam persecutionem antichristi ſm aduentum suum perficiendum. vbi ꝓtra summum persecutorē summus insurget liberator. Quibus consideratis patet ratio maioris et minoris durationis harum sectarum. que sumenda

est ex maioritate seu minoritate persecutionū earundem. Nam quia persecutio antichristi erit maxima: ideo erit brevissima. Juxta illud Matthei. xxiij. capitulo. Et nisi brevi asset dominus dies illos non fuisset salua omnis caro. Et pari ratione quia persecutio sarracenorū inter ceteras est minor. vt patet in predictis tribus differentijs. ideo eius duratio est valde longior ceteris. Et qz psecutio idolatraz fuit q̄si media inter eas. ideo eius duratio est quasi media inter durationes p̄dictas. et hoc loquēdo de duratione in communi. nō attingendo ad mensurā temporum exquisitam. quia hoc esset inquirere de temporibus et momentis que pater posuit in potestate sua Actuum. i. capitulo. In quibus omnibus maxime relucet sapientia diuina. que vincendo malitiam diabolicā pariter et humanā attingit a fine vsq; ad finem fortiter et disponit omnia suauiter. Sapientie octauo capitulo.

Verum quia doctor ille in his dictis suis nimium videtur sectam sarracenicā impijssimam attollere et commendare super alias sectas vnde fideles tepidi reddi possent (vt alias satis sunt) ad expugnandū vel impugnandū ipos perfidissimos sarracenos. ecclesie dei nocentissimos hostes. et crucis christi inimicos. et preterea rationes quibus vtitur fundamento carent veritatis. atq; hec ambo sunt periculosa valde. scz inniti in talibus nō veritati quo ad fundamentū dictorum z retrahere fideles per huiusmodi dicta a defensione fidei catholice. Iccirco ex amore veritatis et ad p̄uocandum fideles cōtra illos pessimos sarracenos. ostendam brevissime in tribus illis differentijs ipos fore deteriores ceteris sectis vel ad minus equales. et hoc fm ordinē trium differentiarū quas ponit doctor ille in cōparatione ad alias sectas. Primam differentiā assignās tria facit. Primo nāq; dicit q̄ hec secta scz sarracenoz licet mala sit nō tamen est idolatria nec cultum idolorum publice permittit. Secundo ostendit q̄ deus feruentius punit peccatū idolatrie q̄z alia peccata. Tercio ipe opponit de diuturnitate idolatrie et soluere nititur. Tria hec fm ordinē ostendam clare nil fundamenti habere in veritate quo ad intentionem suam fundandam.

Primum ostendo sic scz non valere differentiā zē. Nam omnia peccata que sunt equalia quo ad penā inferendam et offensam dei, puocandam nō possunt differre quo ad īm punitatem. nec vnum magis excusat a persecutione aut tolleratione dei q̄z aliud fm humanam inuestigationē. Sed infidelitas sarracenorum est equalis idolatrie quo ad diuinam offensam et penam peccati. igitur nō est ex hoc ratio reddenda: nec reddi potest cur diuturnior sit fm humanā inuestigationē infidelitas iporum sarracenorū q̄z peccatum idolatrie aliorū. maior patet de se et ex fundamento doctoris illius. Est enim fundamentum suū q̄ sarraceni nō adeo grauiter peccent seu deum offendant sicut idolatre Si ergo probatur minor q̄ sarraceni adeo grauiter peccēt et puniri merentur sicut idolatre tunc cōstat fundamentū nihil cōcludere quo ad humanam inuestigationē. Minor igitur sic probatur. Nam super id ad Galathas. iiij. Quomodo cōuertimini iterum ad infirma et egena elementa legis. dicit beatus Hieronymus. obseruantia legis veteris cui tunc dediti erant erat peccatū pene par seruituti idolorum. Et alia glosa ibidem. nō distat lex post christum ab antiqua idolatria. Et si dicatur ibi colebatur deus. hic vero diabolus. Dicendū q̄ q̄uis hic scz in lege colatur deus. tamen nō eodem modo quo debet. Et sanctus Thomas dicit secunda secūde questione. xlvij. articulo. iij. Ad terciū q̄ obseruatio legis nō est omnino equalis idolatrie fm genus peccati: sed equalis pene. quia vtrūq; est species pestifere superstitionis. Ex quibus sic procedo. Si iudeoz peccatum quo obseruant veterem legem tempore gratie est par et equalis pene peccato idolatrie. puniri ergo fm humanā inuestigationē meretur sicut peccatum idolatrie. et tamē hodie videmus adhuc illā obseruantiā vigorosam. igit fundamentū illius doctoris nihil in veritate rationabiliter pcludit. Et quia peccatū iudeorū pestifere superstitionis legem obseruantium tempore gratie est equalis pene z est par seruituti idolorum. sequitur de necessitate q̄ peccatum et infidelitas perfidorum sarracenoruz obseruantium legem mahumeti. multo magis par est seruituti et pene idolatrie. Constat nimirum et ex superioribus cōpertum habet. sectā sarracenicā peruersissimā. non a deo vnq; fuisse datam.

nec pro aliquo tempore bonam: sed superstitiosam et falsam semper. Legi quoq; tam veteri q̄ noue cōtrariam et blasphemantem. atq; a cultu dei et vera fide abducentē. que omnia longe excedunt obseruantiaz legis veteris iudeorū. quam tempore gratie adhuc obseruant. vtpote quorū lex a deo est data pro tempore suo bona. et necessario illi popu lo tunc obseruanda. vera semper: et legi noue nō cōtraria. nec ipa lex vetus blasphemat sed figurat legem gratie et veritatis. Nec q̄tum in se est auertit a cultu diuino nec; ab ducit. sed potius inducit si vere intelligatur ad veram fidem catholicā. Sed si perlustre tur lex mahumeti in alkorano. omnia predicta et plura nephanda reperiuntur et exprimuntur etiam in obseruantia et moribus et orationibus et inuocationibus iporum sar racenorum peruersorum. Iterum si attendatur q̄ venerantur solennissime illum seductorem Mahumetum. Iterum si attendatur q̄ idem mahumetus fuit magus et artib magicis vtebatur ad inducendum populū vt ipm crederent ꝓphetam dei. et sic successiue vsq; nunc omnes sarraceni legem ipius vestigijs patrum inherendo tenent inducti ex magicis deceptonibus. Et quia hmōi superstitio ex pacto cum demonibus inito p uenit. idolatria est fm sanctum Thomā secūda secūde questione. xcv. Et quod est peruersissimum legem statuerunt obstinationis vt nō admittatur quicūq; volens de veritate fidei aut legis iporum peruersitate loqui in quo in profundum malorū peruenerunt. His cunctis cōsideratis et cōparatis ad obseruantiā legis veteris iudeorū que par est seruituti et pene idolatrie. nulli dubium quin peccatū infidelitatis sarracenorum adeo peruersorum multomagis rone pestifere superstitionis sit equalis seruituti et pene idolatrie. Quamobrem nō est ratio diuersitatis quo ad hoc. cur diuturnior fm humanā inuestigationē ipa secta sarracenorum possit aut rationabiliter debeat esse q̄ secte idolatrarū Q̄ vero annectit: sarraceni nō permittunt idolatriam est ficticium. Nam nō sunt idolatre quos repellerent hodie nisi forte valde pauci vt dicit idem doctor met in libro quem intitulauit Scrutiniū scripturarū. ita q̄ ꝓprium dominium seu regnū nō habent. ideo sunt de dominio sarracenorū. Nec potest ostendi vnq; aliquē idolatrā repulsum fuisse a sarracenis post mortem impij mahumeti.

Quo ad secundum quo dicit q̄ deus ostendit feruentius se peccatum idolatrie punire q̄ alia peccata. et vult hoc probare ex eo q̄ solum circa preceptū de prohibitione latrie et nō super alia deus dicitur zelotes ꝛc. nō potest per hoc ꝓbare dictum suum esse rationabile. et tamen in hoc stat totum fundamentū prime sue rōnis. Nam nō legitur de us peccatum idolatrie in gentilibus singulariter et feruentius punuisse. sed in iudeis et respectu illorum quos desponsauit sibi per legis dationē pre cunctis populis dicit se zelotem super idolatria. Sed cum sarraceni nō sunt iudei nihil ex hoc cōcluditur pro eis nec cōtra eos sicut clarū est. Unde fundamentū huius doctoris claudicat omnino.

Q̄ tercio opponit et postea soluit dicens idolatriam esse duplicē scz genericam et specificam. Specificam nō diuturnā fuisse sed genericam: nō est soluere obiectionē. Nam obiectio est de idolatria vniuersali. et vbicūq; viguit tot annorū spacio. Respondere ergo de speciebus idolatrie et cōcedere genericā idolatriam diuturniorē q̄ secta illa dura uit sarracenorū nō est soluere obiectionem. immo est expresse eam cōcedere. Item cōtra illam solutionem posset etiam dici q̄ omnis idolatria in hac specifica ratione cōuenit. q̄ cusebiam seu diuinum honorem soli deo debitum exhibet creature. Ex qua re patet q̄ q̄dū durauit idolatria siue vno modo siue altero semper hoc fuit ꝓprium idolatrie: cultum deo soli debitum exhibere creaturis. et sic multo maioris diuturnitatis idolatria fuit q̄ secta sarracenorum. Ex quo vlterius sequitur quod supra dictum est q̄ deus nō fuit magis zelotes super peccato idolatrie in gentibus q̄ super alia peccata. Unde argumentum quod ipse adducit in oppositum et nititur soluere: omnino stat et cōuincit rationem doctoris illius. Et dato q̄ illa tria que in prima ratione ponit essent vera. tamen nō deberet aliquis ex hoc rationabiliter arguere q̄ ideo hec secta diutius duraret. quia rationabile videtur postq̄ deus homo factus est et mortuus. et tanta bona generi tribuit humano q̄ etiam quamcūq; infidelitatem nō solum idolatriam tempore gratie am-

plius et feruentius persequatur q̄z ante incarnationem etiam in quibuscunq; populis. sicut etiam grauius iam peccant homines q̄z ante incarnationē. quando nō erat tantū auxilium datū fragilitati humane. Item q; maior ingratitudo est modo peccatū quodlibet q̄z simile anteincarnationē. Item maior est elucidatio veritatis q̄z ante incarnationem. Vnde etiam huiusmodi peccatū et presertim infidelitatis aggrauatur amplius q̄z ante incarnationē. Qua ex re videtur doctor ille valde incōsiderate finxisse apparentiā illam et differentiam.

Secunda differentia fm eū qua differunt sarraceni ab alijs sectis est q; alie secte idolatrarum cogebant fideles ad adorandum idola ꝛc̄. In qua vult iterum sarracenos meliores ostendere et virtuosiores alijs. sed hoc nihil valet. Judei enim occiderūt christū et tamen secta eorum adhuc durat. ergo illa differentia nihil cogit. nihil etiam rationis habet. quod sic patet. Secta persequens propter fidem graviter ecclesiā. christifideles captiuando. incarcerando. occidendo. in seruitutez redigendo supprimendo et quotidie cōculcando. omnē conatum faciens ad delendum christianitatē et vniuersalem ecclesiā nōne huiusmodi secta cogit q̄ntum in ea est recedere a fide et a cultu veri dei. Sempe omnis sani capitis homo capit. quantum sit hoc cogere. q̄ntum sit ecclesie destructionū. q̄ntum fidelium detractiuū a cultu et fide catholica. Q quot propter hoc q; nolebāt venerari mahumetū sunt a sarracenis trucidati fideles Quid rogo interest tot regna tot terras tot ciuitates ab ecclesia violenter recepisse in cōtemptum nominis christi et christiane fidei. et alias sectas. certos fideles cogere voluisse vt idolis immolarent.

Ex his patet q; tercia differētia quam ponit illius secte respectu aliarū etiam nō valet. q; scz alie secte denigrabant dignitatē christi sed illa honorat ꝛc̄. quomodo nō denigrat dignitatem christi tot regna ab ecclesia recepisse christi sacramenta et omnia ad cultum diuinum spectantia prophanare et gloriam totius ecclesie velle absorbere. Sed dicit hic doctor. illa secta prmittit christianos in terris suis. hoc aliter nō facit sicut tot⁹ mundus scit nisi ad habendum bona fideliū tam peregrinorū tam mercatorum q̄z religiosorum. et tamen dure eos premunt sicut doctor ille met fatetur. nō ergo hoc ꝓpter honorē et dignitatem christi faciunt q; secum habitare permittunt christianos. quia de facile in ipos fideles spuunt. et eos percutiunt. spoliant. vilissime tractant ꝛc̄. Et certum est hoc christum sibi factū reputare dicentē. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Iterū. qui vos spernit me spernit. Nihil ergo salua reuerentia illius doctoris valet q; voluit ex his fundamentis rationes reddere diuturnitatis huius secte scz sarracenorum pre ceteris. Sed si quis de illa re speculari voluerit alt⁹ necesse est vt scripturas sanctas cōsideret. et presertim dictum Zacharie prophete capitulo. xiij. vbi dicit sic. Et erunt in omni terra dicit dominus. partes due in ea. et dispergentur et deficient. et tercia pars relinquetur in ea: et ducam terciam partem per ignem. et vram eos sicut vritur argentum. Quid vero sacramenti verbum hoc habeat. qui legit intelligit. Due enim partes que dispergentur et deficient nō ab re possunt intelligi iudei et gentiles siue sarraceni. tercia vero pars populus christianus: que pars ducitur per ignem variarū persecutionū et tribulationū. nec tamen deficiet vsq; in seculi cōsummationē. sed per hec purgatur et exercetur ꝛc̄. Sicut enim olim tempore legis mosaice: dum vigeret. reliquit dominus gentes multas in circumitu populi sui scz philisteos et alios vt in eis erudiret israelem et vt cōsuetudinem haberent preliandi ꝛc̄. Sic fortassis idipm nō incōgrue dici potest in proposito vt scz sarracenos dimittat dñs vel in flagellum vel exercitium populi christiani. Sed ego nihil temere diffiniens id doctioribus relinquo. Hoc vnum scio psalmista testante. quia iudicia dei abyssus multa ꝛc̄. Quis autem nouit sensum dñi. aut quis cōsiliarius eius fuit. Apostolus etiam clamat. O altitudo diuitiarū sapientie et scientie dei. q̄z incōprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Et tantum de Sarracenis.



Sarraceni lingua et littera vtuntur Arabica hic inferius impressa.

Dal	Dal	Reh	Heich	Ezym	Tech	Te	Be	Aleph
ﺩ	ﺩ	ﺭ	ﺡ	ﺝ	ﺙ	ﺕ	ﺏ	ﺍ
Ayn	Dach	Ta	Chadhu	Sad	Schym	Zyn	Zayn	Re
ﻉ	ﺥ	ﻁ	ﺹ	ﺽ	ﺵ	ﺯ	ﺯ	ﺭ
Hehe	Nun	Mym	Lam	Lam	Caph	Kaph	Ffa	Cayn
ﻫ	ﻥ	ﻡ	ﻝ	ﻟ	ﻙ	ﻛ	ﻑ	ﻍ
Postula-m. pax	Ye	Lamalyph	Wau					
ﻳ	ﻱ	ﻻ	ﻭ					



De iudeis quorum etiam plericq; hisce temporibus Hierosolymis manent.

SUnt preterea Hierosolymis his temporibus habitantes iudei vtriusq; sexus: circiter quingenti. in sua perfidia et obstinatione pertinaciter perseueran tes. velamen moisi habentes fixe super facies suas. ne lumen inspiciant veritatis. neq; cõuertantur et sanentur. vtpote qui indignos se iudicantes vite eterne. verbũ respuerunt salutis. viarũq; domini noluerunt scientiam habere. atq; ipm vite intereme runt auctorem. impie ad pilatum conclamantes. Sanguis eius super nos et filios nostros. At quia noluerunt benedictionẽ: elongabitur ab eis procul. Nam et deo et hominibus odibiles facti sunt. sed et sarraceni et barbari eos pre ceteris nationib; persequũtur. habentq; exosos. At cum ceterarũ hic recitentur nationum errores. eorũ q̃q; summis vt perstringant labijs hereses haud incõgruum reor. Judei cõfessores interpretantur. Multos enim ex his sequit cõfessio: quos antea perfidia possidebat. Hebrei transitores dicuntur. Quo nomine admonentur: vt de peioribus ad meliora transeant. et pristinos errores relinquãt. Pharisei et Saducei inter se contrarij sunt. Nam pharisei ex hebreo in latinum interpretantur diuisi. eo q; traditionũ et obseruationũ suarum quas illi deuteroses vocant. iusticiã preferũt. vnde et diuisi vocantur a populo quasi per iusticiam. Saducei interpretantur iusti. vendicantes sibi quod nõ sunt. corporũ resurrectionem negant. et animas cum corporibus interire predicant. Hi quinq; tm̃ libros legis recipiunt. pphetarum vaticinia respuunt. Essei dicunt ipm esse christum qui docuit illos omnẽ abstinentiam. Horbonei dicunt ipm esse christum qui docuit eos in omni re sabbatisare. Heristei dicti sunt eo q; de genere Abrae esse se gloriantur. Nam cum in Babyloniam venisset populus dei. plericq; relinquentes vxores suas. babylonicis mulieribus adheserunt. Quidã autem Israeliticis tantum cõiugijs cõtenti. vel ex eis geniti. dum reuersi essent de babylonia. diuiserũt se ab omni populo. et assumpserũt sibi hoc nomẽ iactantie. Meristei appellati sunt eo q; saperẽt scripturas. nõ credentes oĩbus pphetis dicentes alijs et alijs spiritibus illos pphetasse. Meris enim grece: latine pars dicitur. Samarite dicti sunt q; legem solam custodiant. Nam prophetas nõ recipiũt.

Hi merobaptiste nuncupantur eo q̄ quotidie vestimenta sua et corpora lauent. Errant preterea moderni iudei in multis. Nam et deum corporeū fingunt. ꝛ negant trinitatem personarū in diuinis. christum vero quē nondum venisse sed venturū asserunt. purum hominē futurū predicant ꝛtenent. creduntq̄ Jesum christum dominū dominū nostrum ꝛ saluatorem. ex semine Joseph et Marie natum. Purgatoriū non ponunt. nec peccatum originale a quoquā contrahi dicunt. sed dumtaxat in signum distinctionis eorum et aliorum: circumcisionem datam fuisse fatentur. Suum quoq̄ messiam libertatem eis affirmant collaturū ac redditurum terram promissionis. Resurrectionem etiam corporum futurā ad delitias corporis vsq̄ ad mille annos duraturam tradunt. De vsuris quas fenerando alienis accipiunt nullam sibi faciunt cōscientiam. Scripturarū multi eorum intendunt. De peccatis cordis siue cogitationuꝫ nihil curant. legem suam ꝫm litteram que occidit interpretant: nō ꝫm spiritum qui viuificat. Aliisq̄ pluribus heresibus inuoluti sunt et erroribus vt patet Thalmuthicam legenti cōfictionem que reuera rectius cōfictio siue deliratio venit censenda q̄ expositio.

¶ Sequitur de excrescentia iudaice vsure.

Porro de vsuris iudeorum quas exercēt et impune exercere sinuntur apud christianos in nō modicum cōmunitatum et locorum damnū in quibus copioso nimis numero morantur easdem grauissimo fenore pene exhauriendo. erit fortassis haud ab re inter cetera eorum maleficia quidpiam hic annotare. potissimū quanta sit excrescentia vsuraria de vno floreno monete pcertim Franckfordensis. que pre ceteris nota extat magis. ob multorum ad nundinas illic annuas cōcursum. Dum talis florenus cum vsura desuper excrescente per viginti annos manet apud iudeum insolutus. Nam cōputando ad capitale predictū ebdomodariā vsuram duos videlicet halenses prefate monete franckfordensis. que scꝫ vsura cōsueto apud teuthones vocabulo dicitur zu gesuch. et deinde vsuram vsure vna cum capitali semper. et sic cōtinuando per viginti annos. talis demum cōsurgit summa vt hic infra subditur.

In anno

Primo vndecim solidi: quinq̄ halenses.
Secundo vnus florenus quattuor solidi sex halenses.
Tercio duo floreni sex solidi.
Quarto tres floreni decem et nouꝫ solidi. quinq̄ et dimidius halenses.
Quinto sex floreni tres solidi. duo et dimidius halenses.
Sexto nouē floreni octo solidi. sex et dimidius halenses.
Septimo quattuordecim florini. xv. solidi octo halenses.
Octauo vigintiduo floreni quattuor solidi octo halenses.
Nono trigintatres floreni nouē solidi dimidius halensis.
Decimo quadragintanouē floreni vigintiduo solidi tres halenses.
Undecimo septuagintaduo floreni decē solidi septem halenses.
Duodecimo centū viginti floreni decē et octo solidi sex halen.
Tredecimo centum sexagintaquattuor floreni. xviij. solidi tres halen.
Quartodecimo ducenti quadragintaquattuor floreni septem solidi octo halenses.
Quintodecimo trecenti sexagintaduo floreni decē solidi septē halenses.
Sextodecimo quingenti trigintaseptem floreni decem solidi quinq̄ et dimidius halenses.
Decimoseptimo septingēti nonagintasex floreni. xvi. solidi septē halen.
Decimooctauo mille centum. lxxx. florenī. xviij. solidi quattuor et dimidius halenses.
Decimonono mille septingenti quadragintanouē floreni decem et octo solidi tres et dimidius halenses.
Vicesimo duo milia quingenti nonagintaduo floreni decem et septem solidi quattuor halenses.

Item vnus florenus in viginti vno annis hanc importat vsuraz. vicz tria milia octin gentos quadraginta vnū florenos. tredecim solidos. tres et dimidiū halenses.
Item vnus florenus in viginti duobus annis talē facit summā. quinqz milia sexcen tos nonaginta vnū florenos. sedecim solidos. tres et dimidiū halenses.
Item viginti floreni in viginti annis: tantam important vsuram videlicet quinquagin ta vnum milia octingentos quinquaginta quattuor florenos. tredecim solidos. septem halenses monete franckfordensis. Sed quādo octo halenses pro vno albo. et viginti quattuor albi pro vno floreno cōputantur talis cōsurgit summa videlicet quinquagin ta octo milia. trecenti triginta sex florenī nouem albi. tres et dimidiū halenses.
Item viginti florenī in viginti duobus annis faciunt vsuram. centum milia et trede cim milia. octingentos triginta tres florenos. quindecim solidos. septem halenses mone te franckfordensis. In albis vero vt supra centū trigintaocto milia. octogintaquinqz florenos. octo albos. septem halenses.

Utuntur autem iudei in locis illis existentes. lingua arabica ad alios. inter se autem hebraica cuius hic habetur alphabetum bene correctum.

Jōth	Cheth	Heth	Sain	Vaū	Hee	Deleth	Gymel	Beth	Aleph
ר	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
Pe	Syn	Samech	Nun	Nun	Mem	Mem	Lamed	Kaff	Kaff
פ	ע	כ	ן	נ	ם	מ	ל	כ	כ
			taff.	Schyn	Pes	Cuff	Zodick	Zodick	ffe
		ו	ת	ש	ר	ק	צ	צ	ף



De Grecis quorum etiam plures sunt in Hierusalem.

Oro sanctam ciuitatē Hierusalem incolunt hac tempestate plurimi diuersarum nationū homines qui se christiane religionis professores: ore quidam pronunciant: factis autē negant. vtpote heresibus et variis erroribus implicati. et horuz dum illic essem Anno scz millesimoquadringentesimooctuagesimotercio circiter mille erant ibidem in vtroq; sexu. etiam paruulis exceptis. idcomare vtentes et lingua ipoz sarracenorū. inter quos cōmixtim habitant. eorum etiam mores in multis fide sua excepta imitantur. presertim quo ad exteriorem cōuersationē et ciuilem. Mimirum quoniam iuxta Senece puerbium. ex cōuictu mores formantur: quorū et tributarij facti sunt. ambulātes iuxta ritus suos. et velut oues absq; pastore: sic ipi absq; iugo extra obedientiā ecclesie sancte rhomane positi errāt. Sunt aūt eoz nomen differentie. Nā quidā sunt greci. de quibus mox dicetur. Alij autē dicunt Suriani. alij Jacobite siue Jacobini. alij Maronite. alij Nestoriani. alij Armeni. alij Georgiani. alij Abbasini siue Indiani. Ultimo sunt etiam ibi latini quidā sed perpauci. qui et soli ex omnib⁹ his veri sunt christiani. cōuersationē habentes bonam et honestā inter gentes. ac in medio nationis prauе et peruerse lucentes velut luminaria in mundo. ecclesie sancte rhomane per omnia et in omnibus obedientes. vt in fine patebit. Alie vero omnes memorate iam nationes abundant vnaquaq; in veteri suo ritu et more. viuentes absq; regula ecclesiastice disciplīne. De autem dicte nationes capta ciuitate sancta Hierusalē per Salabdinum Soldanū egipti. Anno gratie millesimo centesimo octuagesimoseptimo. die secunda Octobris. sub tributo sarracenorū in orbe remanserūt. Patriarcha vero Hierosolymitanus nomine Eraclius. atq; omnis clerus et populus latinorum inde recesserunt. Nam cum ipe Salabdinus veniens Hierusalē vrbem a parte occidentali vallasset et cōtinuis aggressionibus et assultibus obsessos die noctuq; impugnaret. iamq; muros machinis debilitasset. verentes ciues christiani. cum ex nullo loco auxilium presto larentur. ne hostes violenta irruptione vrbem occuparent. placuit instanti et ineuitabili periculo cedere et sub certis cōditionibus se reddere Salabdino. vt scz redemptionis accepto precio. libere eos qui exire vellent abire permitteret. et tunc he nationes vt dictuz est manserūt. ¶ De earū ergo vita et cerimonijs pluscula annotare duxi haud ineptum pro nostrorum qui talibus nō sunt impliciti erroribus cōsolatione. ad illorum vero superborum et obstinatorū hominū verecundiam et cōfusionem. quibus tamen catenus nihilominus cōpatiamur ob eorum cōtumaciam et perfidiam. quatenus nobis ipsis ob rectam fidem et obedientiā gratulemur. quā vtinā atq; vtinā rebus et factis integraz cōprobemus semper et viuam. Ut in primis de grecis paululū disseramus.

Greci in primitiua ecclesia famosi et celebres fuerunt in fide. preclaras pleraſq; ciuitates et insignes ecclesias Antiocenam pīsertim7 Alexandrinā atq; Cōstantinopolitanā cum latis terminis per tempora multa sub ecclesiastica obedientia possidentes. Ipi etiam quondaz mundi monarchiā vt neminē latet. regnante Alexandro magno. Dehinc imperiale vestigium in oriente plurimis annis. sed et summi presulatus dignitatē. beatissimo Petro apostolorum principe apud Antiochiam septennio presidente habuere. Dure tamen ceruicis semper fuerunt homines arrogantes. et vsq; hodie sancte rhomane ecclesie iugiter rebelles. eius aut sacrorum cōciliorum determinationibus atq; decretis minime obtemperantes. Nam et ipsum summum pontificem christi vicarium. omnesq; nos latinos tenent excōmunicatos. Unde nec latinorum censuras que in eos fulminantur et fulminate sunt aliquatenus curant.

Clerici eorum in sacris constituti ordinibus cōtrahunt. non modo (vti eis liceret) cum vna. sed et quartas sepe nuptias celebrant. Subdiaconatus ordinē nequaq; pro sacro habent. Sed neq; ordines minores quicq; appreciantur. Barbas studiose nutriunt et imberbes sacerdotio reputant indignos. Sabbatum multū colunt more pene iudeorum.

nunq̃ in eo ieiunantes (sabbato sancto pasce solo excepto) sed et carnes in eo comedũt splendide sp epulantes. Sacramentũ preterea cõfirmationis paruulis suis mox post baptismũ cõferunt per simplices sacerdotes cõtra ecclesie vetitũ. Nam et sacramentum eucharistie eisdem tribuunt sub vtraq̃ specie: nõ solum adultis. Amplius in fermento cõficiunt contra ecclesie ꝓhibitionem et christi institutionẽ. Nam dominus ipe noster in vltima cena. id est prima die azimorũ (quod tres ex euangelistis exprimunt) quando nihil fermentatũ debebat esse in domibus iudeorũ vt habetur Exodi. xij. ex azimo pane eucharistie cõfecit sacramentũ et instituit. Neq̃ attendere volunt aut intelligere. qõ iuxta apostolicam doctrinã expurgato fermento veteri malicie et nequicie in azimis sinceritatis et veritatis epulari debemus. Aquam etiam in missa vino nõ miscent. vt manifeste de eis magister in quarto sententiarũ dist. xi. dicit. Debet enim propter institutionẽ aqua vino apponi. quia etiam dominus noster ꝓbabiliter creditur apposuisse iuxta morem illius patrie quia nunq̃ ibi vinum propter eius fortitudinẽ bibitur purum aut sine aqua. Et q̃uis de aqua nõ fiat mentio in euangelio. quia nõ est principalis materia in hoc sacramento. eius tamen appositio cõpetit huic sacramento. et q̃tum ad representationem passionis christi. et quantum ad significationẽ rei huius sacramenti que est corpus christi misticum per aquã signatũ. Aque etenim multe populi multi dicit scriptura. Vnde appositio aque ad vinum significat vnionem membrorũ ad caput rõne ipius cõiunctionis. Et amorem capitis patientis ꝑ membris ad ipa. ex hoc q̃ ex duobus cõiunctis vnum efficitur. Et ꝓcessum redemptionis a capite ad membra ex ipa transformatione aque in vinum. Verum cõficiunt quidem greci et in fermento et sine aqua. graviter tamen peccant ecclesie morem nõ seruantes ex ꝓtemptu. Nam ꝛ nostris sacramẽtis nec assurgunt nec reverentiã faciunt vllam. Q̃ si aliquẽ ex nostris latinis p̃sbyteris in suo altari nostro celebrare ritu cõtingat. mox illud aqua abluunt tanq̃ immundũ effectum quo suo facto manifeste ostendunt q̃ nos in azimo pane conficere minime credunt. tametsi verbis nõ explicent. Postremo in eo iugiter perseverant errore suo q̃ spiritus sanctus a patre ꝓcedat nõ filio. quam ob perfidiã tolerandã trecenti decem et octo patres in Nicena synodo sancta cõgregati fuerũt. et ordinato symbolo (quod Athanasij dicitur) ita cõcluserunt quo ad illum articulum. Spiritus sanctus a patre et filio nõ factus nec creatus nec genitus sed ꝓcedens. Anathematisantes nihilominus eos qui eidem symbolo. addere aliquid vel subtrahere presumerent aut aliquo modo cõtraveni re. Sed obstinatũ est pro sua arrogantia insipiens cor eorum. et dicentes se esse sapientes ipi greci: stulti facti sunt. sed et perfidi heu nimis.

Greci in magno numero sunt Hierosolymis: et miro modo infesti nobis latinis. Ipsi chorum habent maiorẽ in templo dominici sepulchri pro suo vsu. atq̃ capellam sanctorum angelorũ ꝑpe templũ foris. In diuinis officijs vtuntur lingua sua greca tantũ. quare et laici eor omnia intelligũt. quibus cantando vel legẽdo clerici vtuntur. In alijs vero negocijs vel cõtractibus cũ alijs lingua vtuntur arabica aut sarracenica.


Littera greca que est ꝓpria eorũ hic infra subnotatur.

Alpha	Bita	gama	delta	·e·	zita	ita	thita	iota	cappa	labda	mi
α	β	γ	δ	ε	ζ	η	θ	ι	κ	λ	μ
ni	xi	omicron	pi	ro	sigma	tau	ypsilon	phi	chi	psi	omega
ν	ξ	ο	π	ρ	σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω



De Surianis qui Hierosolymis et locis illis manentes etiam se asserunt esse christianos.


Ceterum sunt etiam Hierosolymis quidam alij Suriani appellati a ciuitate Sur quondã preeminenti vt aliqui dicunt. Vel Syriani a prouincia Syrie. a qua et syri nominant. Hi in terra orientali sub diuersis regibus et principibus sarracenis atq barbaris iugo seruitutis oppimuntur abolim. semp tributarij et serui. homines imbelles et prorsus inepti ad prelia. vtpote timidi et formidolosi. vnde nec arcubus vtuntur aut sagittis vt ceteri. sed ad agriculturã et alios inferiores labores sunt aptiores. Sunt etiam ex magna parte heretici. homines dolosi. duplices animo atq mendaces. amici fortune. et ad munera accipiẽda promptissimi. Furtum et rapinã quasi pro nihilo habent. Secreta christianorum vbi possunt ad infideles proditorie deferũt et sarracenos. inter quos nutriti et cõmixti didicerũt opera eorum mala. Uxores suas more sarracenorum diligentissime inclusas custodiunt. et tam ipas q filias suas in publicum nõ sinunt exire. nisi lintheaminibꝫ inuolutas. velatasq panno nigro super facies suas: ne ab alijs videantur. Q eorum filie adeo custodiunt accurate. vt nõ nisi desponsate a maritis. prima nocte copule transacta possint videri. quemadmodum et sarraceni circa filias suas itidem seruant. Exemplo patriarche Jacob q ad Rachelem se existimans ingressum expletis nuptijs. mane reperit Lyam. Hi Suriani. grecorũ institutiones ritus et mores. in omnibus et per omnia imitantur: nullo articulo eorum excluso. Habent etiaꝫ cõmuniter vnum de suis in templo dominici sepulchri inclusum. atq pro suo vsu ecclesiam quandam possident in eo loco fabricatã vbi quondam erat domus matris sancti Joh annis euangeliste. ante cuius ostium stetit Petrus pulsans cum eductus esset de carcere Herodis. vt habetur Actuũ. xij. Ipi in temporalibus negocijs lingua vtuntur Arabica siue Sarracenica. In spiritualibus vero siue diuinis officijs. lingua greca. Quidam vero ex ipsis etiam Chaldaicam sciunt linguam. et ea dum libet vtuntur. Cuius littera vera est hic infra subinserta.



De Jacobitis et eorum erroribus

Sunt preterea et alij quidã Hierosolymis et locis illis homines. In multis a grecis et latinis differentes. et vocantur Jacobite siue Jacobini a quodã magistro suo Jacobo cuiusdam Alexandrini patriarche quondã discipulo: sic appellati. atq; ab eodẽ variis infecti erroribꝫ et seducti. Hi a multis iam retrohabitis annis a Dioscoro quondã Cõstantinopolitano patriarcha fuerũt excõmunicatiꝫ ab ecclesia grecorum (que tunc tpis adhuc fidelis erat et obediens rhomane ecclesie) sequestrati. Hi maiorẽ partẽ asie inhabitant quidã permiscue inter sarracenos. alij alias quasdã regiones seorsum ab infideliũ cõsortio occupantes. vicz Nubiam que cõfinis est egipto. et magnã ethiopie partẽ. omnesq; regiones vsq; ad superiorẽ indiã possidentes. vt asserũt plus q̃s. xl. regna. Omnes autẽ dicũt se esse christianos a beato Matheo apostolo ad christi fidẽ primitus cõuersos. Sed postea inimico superseminãte zizania sua in medio tritici. multipharie multisq; modis in hereses sunt prolapsi. Nam in primis parulos suos instar sarracenorũ circumcidũt. Plericq; etiam eosdem ante circumcisionem: ferreo calamo adurunt. signantes eos in frontibus et cauteriũ imprimentes in modum crucis. alij in ambabus genis. alij in tymporibus. putantes eos per huiusmodi adustionẽ materialem a peccato originali expiari. occasione sumpta ex eo verbo quod Johannes baptista de christo dicebat. Ipe vos baptisabit in spiritu sancto igne. Q̃ verbũ ipi dumtaxat ad litterã exponũt et obseruant. quod tamẽ longe aliter intelligi debet. vt in postillis et glosis sanctorũ doctoꝫ patet. Ipsi etiam Jacobite cõmuniter portant cruces in brachijs calamo ferreo impressas. ob reuerentiã vt dicunt sancte crucis quam multũ venerant. et etiã ad distinctionẽ quandã habendam inter eos et paganos in locis presertim illis vbi cum eis simul habitant et morantur. Ipi etiam nunq; sua cõfitentur peccata alicui homini. sed soli deo in abscondito. hoc videlicet ritu. Ponũt enĩ thus in igne iuxta se et orant. putantq; cum fumo illo pariter peccata sua illa ascendere corã deo et deleri ꝛc̃. Ipi etiam tm̃ vnam in christo naturã credunt et tenent. sicut et personam vnam. cum tamen huiusmodi error in cõcilio Calcedonen̄. damnatus fuerit. et omnes illum insequentes excõmunicationis vinculo perpetuo innodati. Huius autẽ erroris primus inuentor fuit Eutices. abbas quondam cõstantinopolitan⁹ pessimus hereśiarcha (qui etiam vnam tm̃ in christo dogmatisauit operationẽ sc̃z diuinã sicut et naturã) quod liquido falsum esse cõuincitur. ex eo quod Marci. viij. habetur. quando dñs misertus super turbã: cum triduo sustinentẽ. pauit ex septẽ panibus et paucis piscibus quattuor milia hominũ. Quis autẽ nõ videat inquit Beda in Omelia eadẽ. hoc q; sup turbã miseretur dñs ne vel inedia vel vie longioris labore deficiat. affectum esse

et cõpassionẽ humane fragilitatis. Q vero de septẽ panibus et pisciculis paucis quat tuor milia hominũ saturauit. diuine opus esse virtutis. ita et in pluribus alijs locis scripture facile est videre. Quidam etiã iacobitarũ tenent. nõ minus errantes q̃ ex duabus naturis in christo vna sit cõflata et facta natura. qui error etiaz est olim damnatus in sacris cõcilijs. Sed et magister sententiarũ in tercio libro. et doctores alij desuper scribẽtes. eum errorẽ acerrime z acutissime reuincunt. Sed cepta ego ꝓsecuturus: hec doctoribus relinquo. Isti etiam heretici iacobite vno solummodo se digito signant in modũ crucis. quos greci et suriani ꝓdentes asserunt ideo facere. quia tm̃ vnam in christo cõfitentur naturam. Ipi etiã paruulos suos adhuc ad vbera pendẽtes sub vtraq; specie cõmunicant. in hoc grecis et surianis cõformes. Ipsi diuersis vtuntur ideomatibus ꝓm diuersas prouincias in quibus habitant. Habent tamen quoddam ꝓprium ideoma. cuius vera littera est hic infra subnotata.



De Nestorianis et eorum erroribus.

Morantur nihilominus in sancta ciuitate Hierusalem quidam alij homines Nestoriani nuncupati a Nestorio quodam pessimo heresiarcha qui per sua pestifera dogmata. magnam orientis partem infecit. maxime autẽ eos qui in persida habitant seorsum in multitudine copiosa dicentes se esse christianos. Et quãq; prophanã mahumeti legem hi Nestoriani nõ suscipiant. immo habeant horrori. ꝓhereticos tamen corrupti miserabiliter errant. Nam predictus perditionis filius Nestorius quondam cõstantinopolitanus episcopus et omnes nestoriani eius sequaces. virginem gloriosam Mariam negant esse matrẽ dei siue theothocon grece id est dei genitricem. sed christi hominis eam esse matrẽ cõcedũt. siue christothocon grece. id est christi genitricem. Nam et aliam asserunt esse in christo personã diuinã. aliam humanam. distinguentes ꝑm duas in christo naturas. etiã duas personas. et per cõsequens nõ vnũ christum ex verbo et carne subsistentẽ. sed separatim. alterum filiũ dei. alterũ filium hominis affirmant. Hec autẽ detestanda heresis in Ephesina synodo. in qua erant trecenti sancti patres reprobata est et cõdemnata. et oẽs eã sectantes anathematis sentẽtie subiecti. Preterea hi nestoriani in fermentato pane ꝓficiunt instar grecorũ. atq; sub vtraq; specie cõmunicant eucharistie sacramentũ paruulis et adultis. et alia multa abusiua. ac sancte rhomane ecclesie cõtraria et erronea obseruant. de quibus singillatim dicere longum esset nimis. Caldaica vtuntur littera et lingua in officijs diuinis et scripturis. lingua vero sarracenica in Hierusalem et terra sancta. In alijs autem mundi partibus earum loquuntur linguis terrarũ in quibus morantur.

De Armenis et eorum erroribus.

Armeni sunt qui in armenia prouincia prope Antiochiam inter medios fines christianorum et sarracenorum seorsum habitant. Hi ritus quosdã habent et obseruationes singulares a nobis multum differentes. Nam primum habent primatem quem catholicon appellant cui obediunt summo cum honore et reuerentia. iussibus eius a maximo vsq; ad minimũ velut alteri pape obtemperantes. Implacabiles sunt inter eos et grecos discordie. ac dissensiones inexorabiles. adeo q; super ritibꝫ suis et institutis atq; cerimoniꝫs semper corrixantur. Ipi Armeni temporalem domini nostri natiuitatem nõ celebrant immo diebus natalis domini ipsi ieiunant. In die vero epiphanie siue apparitionis domini. simul cum solennitate apparitionis festum celebrant de baptismo christi. in quo se festuꝫ spiritualis eius natiuitatis asserunt celebrare. Sed errant quia dominus ipe Jesus nõ fuit in se spiritualiter renatus. quippe qui nõ indiguit cum peccatum nec cõmiserit nec cõtraxerit. nec dolus inuẽtus fuerit in ore eius. sed vim regenerationã tunc contulit aquis in quibus nos purgaremur ꝛc. Ipi quoq; armeni eo tempore quo et nos quadragesimã tanto obseruãt studio q; nõ solum a carnibus caseis ouis et lacte abstinent. sed et pisces nõ manducant. oleo nõ vtuntur in cibariꝫs. vinum nõ bibunt. verum fructus et ligumina quotiens libuerit edunt. Ut autem manifestius emulis suis grecis et surianis cõtrarientur in certis sextis ferijs comedunt carnes. Sacerdotes preterea eorum in missis aquam vino non apponunt sicut nec greci in quo grauiter errant. quia vt etiam supra dictuꝫ est. Ideo aqua est vino miscenda vt tam christo q̃ sanguini nostre redemptionis populus per aquam designatus sociandus esse designetur. Nam si vinum tantum quis offerat: sanguis christi incipit esse sine nobis. Si vero aqua sola sit: plebs incipit esse sine christo. nec predicta dicta cõiunctio signatur. igitur nõ debet in calice domini offerre aut aqua sola aut vinũ solũ. q; vtrũq; legimus de latere christi in passione pfluxisse. Ceterum ipi armeni in misse officio multum nobiscũ cõcordant. hoc priori dempto. calices et patenas in nostris formis habentes. et facta cõsecratione hostiã sup patenã positam eleuant. deinde calicẽ more nostro. Hi deniq; armeni quanq; olim summo pontifici et sancte rhomane ecclesie obedientiã fecerint. quãdo scz rex eorum a rhomano imperatore Henrico feudũ. et ab archiepiscopo p tempore maguntino. coronã regiam et cõsecrationẽ accepit. Ceteres tñ ritus suos et solitas cõsuetudines mutare noluerũt. q̃obrem sicut tunc eorum obedientia erat imperfecta. ita nunc ad nihilum penitus est redacta. Postremo isti Armeni in copioso satis sunt numero. Hierosolymis habentes cõmuniter ibidẽ episcopũ vnum. qui vt moris est eis vsitati. duos in capite cirros nutrit ad tempora vsq; pendentes. Idem q̃z episcopus et omnis clerus suus: coronas portant latas et rotundas. alias nec crines nec barbas vllo modo radi sinũt. Inter reliquas pfecto nationes armenorũ presbyteri in oĩbus se moribꝫ et motibus: maturius gerunt. vili et simplici habitu incedentes. in orõnibus et officijs suis deuoti. latinorũ sacramentis debitã exhibentes reuerentiã et deuotionẽ. Hi p suo vsu ecclesiã habent solennẽ sancti Jacobi maioris in eo loco cõstructam. vbi ipe ab herode fuit decollatus. Habent q̃z ecclesiã sancti saluatoris. vbi tempore sue passionis domus erat Cayphe: in qua xps fuit velatus. cõsputus. colaphis alapisq; cesus. a beato Petro negatus. ꝛ multis alijs iniurijs atq; obprobrijs lasceſſitus. In cadẽ ecclesia est lapis ille magnus qui ad ostiũ dñici sepulchri aduolutꝰ ab angelo fuit reuolutus qui sup cum apparuit sedẽs. Ibi etiã ostenditur locus vbi gallus stans postꝰ Petri negationẽ cantauit. Armenorũ laici oẽs tonsi sunt capitibꝫ in modum crucis. Et id ea rõne vt fertur. Cum siquidẽ anno dñi septingentesimo. xliiij. Tyri armeniã infestarẽt bello. et scua insup peste admodũ pmerentur. suasu quorundã xpianorum capita sua in crucis modũ totundere. statimq; eis salus diuinitus data est vt dicunt. qua pter ad ppetuã eius rei memoriã illã tondendi modũ obseruãt. Habent q̃q; armeni priũ ideoma et prias litteras quibꝫ tã laici q̃z clerici in pmuni sermone et in diuinis etiã officijs vtuntur. Hãc aũt hec eor littera q̃ hic infra annotat.

De Georgianis et eorum moribus et ritibus.


A orientis regione alius quidam populus inhabitat. longo terrarum tractu a terra promissionis distans. cuius dominiū extenditur vsq; ad caspios montes. bellicosus valde et in prelijs strennuus. fortis roboris et innumera pugnatorum multitudine copiaq; abundans sarracenis. persis. medis. assyrijsq; in quorum cōfinio cōmoratur formidabilis valde. Et licet iste populus vndiq; infidelibus sit circumseptus atq; cōclusus. ab omnibus tamē timetur nec facile vexatur. Hi homines a sancto Georgio: georgiani vocantur. quem in suis prelijs cōtra paganos precipuū habentes aduocatū et patronum. tanq; signiferū omni cum honore venerantur et colunt. De istis multi morantur Hierosolymis. diuersa loca sancta occupantes. specialiter tū montē caluarie et foramē illud in quo crux stetit quādo christus in ea expirauit. Juxta quem locum altare quoddā habent et in eo cōmuniter vnum de suis pro custodia inclusum. Jpi etiam in vsu habent ecclesiā sanctorū angelorum vbi quondā domus Anne pontificis fuit. in quā christus de monte olīueti primū adductus. ab eodem anna examinatus fuit de doctrina sua et discipulis. et inter respondendū a ministro alapa cesus. Hi Georgiani in omnibus et per omnia ritus et errores grecorum sequuntur in sacramentis et alijs. vnde scismatici haud dubiū esse cōuincunt sicut et illi. Clerici eorū rotundas habēt coronas: laici vero quadratas. Quotienscūq; veniunt de terris suis Hierosolymā. loca visitaturi sancta. absq; tributo et erectis vexillis: sanctā ingrediunt ciuitatem. Nam sarraceni nullo eos pacto molestare presumūt. timentes ne ad propria reuersi suis cōfratribus sarracenis vicem rependant. vel maioribus eos afficiant malis. Mobiles eorum mulieres: more amazonū armis in prelijs vtuntur. Jpi viri barbas nutriunt et pilos. vtunturq; pileis in capitibus variorum colorū. Greca quoq; littera et lingua in diuinis vtuntur officijs et scripturis. sed alias sarracenica vel caldaica. Et be omnes superius habentur signate.



De Abbasinis siue Indianis et eoz ceremonijs.

Hierosolymis q̄z hisce tribus habitāt viri nō pauci. qui Abbasini. alio vero noīe indiani ab india prouincia vocant. de dñio et sub ditione potentissimi regis. quem presbyterū Johannem appellant. qui quidem maximus atq; serenissimus rex cum omni populo suo se christianū profitetur. Hi per beatum Thomam apostolū ad christi fidem ab initio legunt cōuersi. Jpe q̄z modernus rex. currēte dñice incarnationis Anno M. cccc. lxxxij. per ambasiatam suam rhomano pontifici Sixto quarto obedientiā fecit: et nostris moribus atq; statutis humiliter petijt informari.

Jsti abbasini siue indiani omnes sunt nigri instar ethiopū et multū zelosi feruenterq; ad visitandū loca sancta. Deuote et prolixe orant. officia diuina more suo pficiunt reuerenter. Amant paupertatē. in multa inopia et rerum penuria vitam agentes. etiā si multum abundent: lineis et coloratis vtuntur indumentis. circumligātes capita sua tam viri q̄z mulieres lineis peplis blauij coloris. Nudisq; pedibus discalciati incedūt rē. Et quā q̄z ista faciant et obseruēt. tñ proch dolor a certis prauis erroribꝫ nō sunt alieni neq; immunes. Nam circumcisionē carnalē seruant more sarracenoꝝ et iacobitarū paruulos suos circumcidentes. nō attendentes miseri qđ apostolus minatur. Si circumcidimini inquiens: christus vobis nihil proderit. Adurunt q̄q; infantes suos in frontibꝫ ferreo calamo: in modum crucis. Alij in genis. alij super nasum. plericq; in omnibus his locis. credentes eos per huiusmodi adustionem ab originali peccato mundari. Cunq; ego miseris cōpatiens qui alias satis boni hoīes videnē: p interpretē inquirerē. cur hec facerēt que omnino rhomane ecclesie essent aduersa. cui se nuper. missa obedientia sua subiecissent. Responderunt (vt verum fatear) se circumcisionē accipere nō quasi sacramentum necessitatis: sed ob reuerentiā christi qui et ipe fuit circumcisus. Adustionē vero obseruare pro eo q̄ scriptū esset et dictū per Johannem baptistā de christo. Jpe vos baptisabit in spiritu sancto z igne. Sed informati a nobis: dicebāt de cetero se velle hiis preter missis baptismū in aqua suscipere ſm ecclesie rhomane morē. Sed nō solum in isto sed et in alijs multis aberrant. Nam in fermento cōficiunt instar grecoꝝ. sub vtraq; specie sacramentū cōferunt paruulis et adultis. et illos per simplices sacerdotes faciunt cōfirmari adhuc infantes. In officio misse ritus quosdā habent singulares. Studiose ad missam cōueniunt laici eorū. pertim in solennitatibus. et tunc oēs vtriusq; sexus incipiunt altis vocibus cōcrepantes iubilare. saltare pedibus. plaudere manibus. cōglobantes se in circulis. ibi sex vel septem. ibi nouē vel decem. et interdum per totas noctes sic cantant. potissimū in nocte dominice resurrectionis. qua nō cessant canere donec illucescat. et nōnulli hec adeo feruenter faciunt z deuote q̄ interdum debiles ex hoc redduntur. Jsti etiā abbasini siue indiani: licet linguā sciant sarracenicā et ea dum libet vtantur' habent tamē quoddā nihilominus ꝓprium ideoma et alphabetum. xlvij. litteras cōtinens. que hic infra suis figuris sunt formate.



De Maronitis et eorū reditu abolim ad ecclesiā rhomanam.

Habitat etiam gens quedam syrorū sub monte libani in prouincia phenicie non longe abvrbe bibliensi. numerosa satis multitudine. ad plia admodum edocta aptaq; arcubus et sagittis vtens expedite. Hi maronite vocantur a quodam magistro suo heretico nomine Maron. qui vnam dūtaxat in xpo volūtatem asserebat. z per consequens operationē secutus in hoc quendam antiochenum episcopū nomine macharium. huius heresis primū auctorem. qui in sexta synodo cōstantinopolitana. cū suis cōplicib⁹ damnatus fuit z c. Hanc imitati heresim maronite. p quingentos fere annos tanq; heretici a consortio fideliū fuerūt excluſi. Tandem diuina inspiratione redeūtes ad cor z se errasse pfitentes. heresi abiurata. in manus Emerici cuiusdam anthiocheni patriarche. romane ecclesie obedientia facta sunt adnumerati. z ad vnitatem catholice fidei reuersi. Unde cū omnes alij orientales episcopi z plati maiores aliarū nationū. anulis z mitris pontificalib⁹ non vtantur nec baculos gestent pastorales. nec vsum habeant cāpanarū. maronite his omnibus vtuntur vti nos. in diuinis officijs z sacramētis ministrandis nobis pformes. Unde z eorum patriarcha generali interfuit concilio rome sub Innocentio tercio celebrato. Hi maronite non morantur Jerosolimis continue. sed sepius illuc ex deuotione veniūt peregrinatum ad quasdam solennitates. nec proprium habent idioma. sed vel caldaica vel sarracenica lingua vtuntur.

Sequitur disputatio quedam necessaria ad predicta.

Ceterū ne occasione istarum quas narrauimus sectarum aut legū. aut alio quolibet motuo quispiam in eum labatur errorem. vt credat vnūquenq; in sua fide lege vel secta posse saluari. dummō credat eam esse bonam z deo placere quod facit. z dum pter deum facit quicq̄d facit necessariū. opereq; precium duxi. contra errorem illū tam pernitiosum. tanq; pestilentem. q̄ doctores āte nos tradiderūt. disputādo ānectere. quatenus mortifero toxico ne a quoq; incaute insumatur salubre remediū quo ad in nobis est debita prouidētia apponamus. Cōstat nimirū z indubitatū apud omnes xpicolas extat. quia vna est fides. vnus dns. vnū baptisma. apostolo teste. Dicitur aūt fides vera vna dūtaxat q̄ z id de quo principaliter est fides vnū sit. deus videlicet. apud quē non est transmutatio. nec vicissitudinis obumbratio. Atq; etiam ratio formalis omniū credendoz vna sit z eadē veritas scz prima. cui fides principaliter innitit. Ipaq; fides lumen sit desuper infusum. z non sit a probabilitate rerū que creduntur. Unde nec scōm diuersitatē rerū credendarum ipam fidē diuersificari oportet. Porro z sola ipsa fides xpiana vera ē. qō multipharie multisq; modis ostendi posset. tum videlicet miraculoz plurimoz cōfirmatione. tū testiū omniū maioz multitudine exceptione. tū q̄ reuelatōnes z pphetias certissimas habet. tū etiam q̄ nō nisi de deo dignissima sentit. tum q̄ nihilominus etiam de homine probabiloza z credit z tenet q̄ ve magis creaturam deceāt rationalem. tū postremo p successum quē populus iste habuit. qui hanc fidē suscepit. dū scōm eam vixit. z delectionē eiusdem dum fidem hanc deseruit. z scōm eam nō vixit Sed his omnib⁹ pfu positis vnitate scz et veritate fidei nostre xpiane. atq; ob id in pfentiarū pretermissis facile esset pessimo huic obuiare errori. Nulla nanq; fide deo creditur pter hanc. z nulla ē alia digna hoc nomine pter ipam. nullaq; alia honoratur deus nisi hac. nec vlla est virtus pter ipsam. Nam z ipa sola fundamentū est z caput omnis religionis in vita ista sicut z eius opatō prima est in dei opib⁹ z obsequiū eius primū in dei honorificētia z cultu. quēadmodū z intellectus primus ē inter animē vires nobiliores. cuius est pfectio ipa vera fides. Ex quo sequatur necesse est. q̄ omnib⁹ alijs credulitatib⁹ z deo non seruitur imo contumelioſe sunt ei. Unde z cōstat nullam aliam credulitatē fidei nomine fore dignam. Uñ aūt potissimū z ex quo fundamēto dictus error pcesserit videam? vt sic ipso elisso fundamēto. omnis desup extructa edificatio penitus ruat. Dicti igitur erroris vna z pcipua hec esse causa videtur. q̄ multos exagitat atq; pfundit. numerosa. s. multitudo damnādoz̄ z pauci tas saluandoz̄. Unde z multi inquirūt quare tam paucos elegerit dei misericordia

ad salutem. tam multos vero deseruerit in perditionem. maxime cum promior creda
tur ad saluandum q̄ ad damnandū. vel non minor saltē sit eius misericordia ad mi
serendum z ignoscendum. q̄ eius iusticia ad vindicandū z puniendū. Ex hoc con-
cludere volentes q̄ credendū sit pro diuine misericordie z bonitatis infinitate zim-
mensitate vnūquēq; in sua fide lege vel secta posse saluari. dūmodo credat eā esse bo
nam z deo placere quod facit zc̄. vt supra.

¶ Preterea arguūt presumptuosum videri q̄ pauci x̄piani se solos arbitrentur sal-
uandos. tota residua multitudine. videlicet malorū x̄pianor. qui multo plures sunt
q̄ boni. deinde iudeor. sarracenor. atq; paganor. in perditionem derelicta. Quali-
ter ergo aiūt implebitur domus dei celestis tanta paucitate elector. cū infernus qui
longe minor est cape sufficiat de omnib tantā multitudinem damnator. An vide-
tur conueniens regi regū z domino seculor. vt plures habeat victos. plures pati-
bulis affixos. traditosq; tormentis q̄ sibi famulantes z subditos. An potest miseri-
cordia dei cuius non est numerus nec mensura. tantam sustinere carnificiam tormē
tor. vel ad quid inquiūt tantam multitudinem damnandorum creauit deus. Et si
creauit eos in perditionem z mortem. An id conueniat diuitijs bonitatis eius z im
mensitati misericordie sue. eos creasse quos vtiq; saluare poterat z flammis inferna-
lib depascendos derelinquere. De his autem qui pro eo faciūt quicqd faciūt. credē-
tes se obsequiū eidē prestare in eis. q̄uis male. ignoranter tamē faciūt. quid erit. Et
potissimū de his qui pro deo sue x̄pter deū omne genus supplicior. non solum pa-
tienter. sed etiam gaudenter pferūt. sicut de multis hereticis sepe audimus z ipi etiā
videre possemus. quia ignem z alia tormenta sponte z letanter subeūt. vtiq; propter
deum se omnia sufferre dicentes. z ita in corde sicut credimus habentes.

Quis inauditam sapientiam ab hoc femineo genere vt in plurimū alienam sufficienter describere poterit. Constat equidem neminēq; fugit q; inter cuncta laudabilior mulierum preconia sapientia prestat. quia fallax gratia et vana est pulchritudo. sed mulier timens deum ipa laudabitur. Timor autez domini initium sapientie. Et quanq; hac in re plures in historijs clare reperiantur mulieres. Katherina tamen supergreditur vniuersas. ob id profecto pre cunctis et veneranda z amanda. Multe quidem sapientie studijs incubuere. multe celebres fulsere in ea. sed nulla Katherine nostre cōparatur ne dixerim equiparatur. Nec filie Cyri et Dionisij mater Tanaquil. Calpurnea. Cytherea Thuburtina. aut reliquę Sybille quarū est ampla laus in historijs. nec Lesbia sapho que tempore homeri in poetria claruit. a qua et saphicum carmen nomen accepit. nec Centona que ex virgilij maronis versibus cōtexuit vitam christi passionē et resurrectionem q; luculenter. nec Auresia que et androgenes dicendi artis peritissima. que se accusatam egregie defendit. Nec Baya fromea lucij vxor oratorie artis erudita. que multis patrocinio fuit in periculis. Nec Augeriona medicine doctissima quam rhomani plurimum venerantur. Taceo de reliquis videlicet Isside. que colere agros prima edocuit. et lini filaturaz texturamq; inuenit. litteras q; in egipto prima ipa excogitaunt. quanquā nympha carmētis nicostrata nuncapata Jonij regis archadie filia secuta litteras ipas latine tradidit. et copulam earum ad inuicem adinuenit. Minerua lanificium et texturam eius excogitauit. Item numeros cyfras et figuras algarismi eadem ipa adinuenit. que et olei vsum repperit. curruumq; et reruz militariū doctrix fuit. Noema sozor Thubal artificia reliqua dedit. Ceres dea terre terram colere seminare et metere docuit. Irenes cratini pictoris filia ipm in illa arte exsuperauit. Marcia pharronis lapicidas z pictores omnes excessit. et Sopolim et Dionisium qui in ea arte prestabant. cuius quidē marcie adhuc sculpte et picte imagines miro ingenio inueniuntur. Katherina omnib; preeminet. omnes sapientia antecellit. omnes scientia vincit et exsuperat. quam ipa non tam litterarū acquisiuit studio et ingenio. quam desuper infusam accepit. habuitq; (qō perrarum est) gratissima eloquentia exornatam. qua etiam tales tantosq; mundi huius eruditissimos viros. disputando pferendoq; nō mō deuicit z cōfutauit. sedz in stupore adduxit et extasim. atq; in fidem viamq; veram reduxit. Quos etiam vbi igni quidem adiudicatos iniectosq; sed nec pilis aut vestibus lesos. inustis vero corporibus. ad supera transmisit. ipa post plurima supplicia gaudenter tolerata. ad decollandum tandem est ducta. vbi ad celum tendens oculos colluz submittit gladio. oransq; dat gloriā deo. Expecto inquiens pro te gladium Jesu rex bone. Tu meum colloca in paradisum spiritum et fac misericordiam: meam agentibus memoriam. Oratione finita vox de celis intonuit dicens. Veni electa mea intra thalamū sponsi tui. que postulas impetrasti. qui te laudant salui fient. Ita percussa gladio dat lac pro sanguine collo. quam manus angelica mox sepe liuit vertice syna. Membrisq; virgineis olei fluit vnda salubris. O vere virgo et martyr veneranda. O vere virginum gemma prefulgida. O vere sponsa regis regum gloriosa. O vere viua christi hostia que sua venerantibus patrocinia impetrata haud denegat suffragia. Eius inquā memoria sacraq; fauilla et si nulla alia essent q; mōtem Syna exornarēt illustrarentq;. haud iniuria devotos illac peregrinos suiq; amantes pertrahere posset. Sed iam ad alia mihi pperanti hec q; incognita sint nemini censui pretermittenda.

At vero monte illo sacro perlustrato q; extat iocundum scitu. visuq; perpulchrū. in reditu famosum illum balsami ortum in Mathera. ortum inquam conclusum. fontemq; marie. fontem scz signatum. Unde dictus ortus et nulla alia ex aqua irrigatur introiret perspicere. et inibi tum fructus eius delectabiles tum suauissimū odorē degustare. Venire postac in Babyloniam egipti atq; Chayrum vrbem sarracenorum prestantissimam/maximā/populosissimā. bonisq; omnibus et opibus mundi huius refertissimaz. vbi et eorū potentissimus residet Soldanus. Hare item rubrum accedere. inq; eo baptisari exemplo veterum. illo precipue in loco quem filij israel sicco pertransiere pede.

Demũ paradiseo nobilissimo et fecundissimo illo Nilo siue Gion fluuio qui totam inebriat influitq; egiptũ et germinare eã facit redditq; ꝯ fertilem pertransito. tandẽ in antiquissimã olimq; clarissimã descendere ciuitatem Alexandrinã vñ nauigio iterũ venitur venetias. et postremo in suam se quisq; recipiat peregrin⁹ patriã et edem. magnifice gratias agens deo et virgini sacratissime Katherine. q; tali et tanto dignus habitus fuerit dono. post visitata scz loca illa multo sudore per varios casus per tot discrimina rerum Reuocare animũ mestumq; mittere timorẽ. Forsan et hec eni olim meminisse iuuabit.

Hteq; presentẽ pegrinationẽ aggrediar describendã. haud ab re duxi premittendã formã cõtractus habiti cum dñis de Hierusalem. super salua guardia nobis prestanda. saluoq; cõductu vsq; ad sanctam katherinã. et inde reductu vsq; Chayrum. Eiusmodi autem contractus fieri debet ẽ totius. ante scz recessum patroni et cõperegrinorum. presentibus ipo patrono et patre Guardiano monasterij mõtis Syon. eo q; post patroni recessum et cõfratrum. pagani remanentes peregrinos pro voto et libitu suo circumuenientes angariarent in pecunia exoluenda. Igitur cõuenientes cum prefecto seu locum tenente Soldani in Hierusalem. qui tunc temporis extitens. Naydon vocabat et maiori Calino. id est magistro hospitalis peregrinorũ. qui et miles. cui nomen Sabathytanco. sub die. xvij. Julij talẽ cum eis iniuimus cõtractum.

Item in primis saluum nobis pollicebatur prestare cõductum ab Hierusalem vsq; ad sanctam katherinam. et inde denuo vsq; Chayrum. q; ipe propria in persona et suis expensis ac sumptibus nos vellet comitari ab Hierusalem vsq; Gazeram.

Item q; de omnibus theloneis siue vectigalibus et exactionibus prestandis ab Hierusalem per viam illam vsq; Gazeram. ipe pro nobis de suis satisfaceret sumptibus et pecunijs. Alioquin in eiusmodi soluendis peregrini a paganis valde grauarent.

Item q; vnicuiq; peregrinorũ pro equitatu asinum disponeret cum ductoribus eorundem qui scz ductores mucreli ab ipis appellati sibi ipis et asinis suis ab Hierusalem vsq; ad sanctam katherinam et inde denuo vsq; Chayrum de omnibus necessarijs victualibus scz et pabulis et alijs huiusmodi prouiderent nisi forte sponte, pria. peregrini eis quidpiam ministrarent.

Item q; omnes res nostras puta vestimenta et cibaria suis expensis deferri faceret ab Hierusalem vsq; sepedictam ciuitatem Gazeram excepto solo vino. quod ipi nos nostris sumptibus nobiscum ducebamus.

Item q; de camelis in prefatata ciuitate nobis prouideret suis in expensis qui omnes res nostras portarent vsq; ad sanctã katherinã et inde denuo vsq; Chayrum. Melius enim valent cameli ad onera portanda per loca illa deserta ꝯ asini vtpote iumenta robustiora et laboribus aptiora ꝯ asini.

Item q; nobis vnũ de suis familiaribus deputaret qui nos loco sui comitaretur a Gazera vsq; ad sanctam katherinam. et inde vsq; Chayrum. qui sic deputatus minor calinus cognominatur. cui nos per viam illam de victualibus prouideremus. iuxta condignum et ẽm merita eius.

Item q; cuilibet peregrinorũ vtrem vnum disponeret pro aqua deuehenda per desertũ Nam ad plures sepe dies nusq; aqua in via illa reperitur.

Item q; papilionem nobis siue paruum tentoriũ disponeret. qõ per stationes singulas vbi liberet cõtra estum solis figere in locis desertis possemus.

Item q; quilibet nostrũ ipi pfecto siue truzelmanno pdicto pro saluo cõductu theloneis et oibus atq; singulis supra memoratis. xxiij. psolueret ducatos. mediam quidem partem eiusdẽ summe in Hierusalẽ dans. reliquã vero in Gazera postq; ibi de camelis et alijs supra tactis nobis puidisset iuxta cõdictũ et iuxta tenorẽ cõuentionis zẽ.

Item totus ille cõtractus in scriptis redactus sigillis dñi de Hierusalẽ et maioris calini in cancellaria fuit signatus et munitus. et ñ vt fieri solet a paganis illis male seruatus. Exposuimus aũt pro littera sic sigillata duos ducatos.

Id etiam diligenter est aduertendum q̄ peregrini qui ad sanctam volunt Katherinam proficisci si absq̄ aliorum confratrum suorum offensa qui redire et repatriare decreuerint fieri potest. nō debent eis comitiuam prestare ab Hierusalem vsq̄ Joppen siue Japha sicut aliquando peregrini facere cōsueuerunt. cōfratres suos vsq̄ ad galeas denuo ex amore cōducendo. Quod iccirco dissuadetur ne fiat. quia cum peregrini multis sepe afficiantur iniurijs et molestijs a paganis. cōtingit nonnunq̄ q̄ ipi se vlciſci et vindicare querentes vbi possunt. anteq̄ in galeas reuertantur insultum aliquem faciunt paganos inuadendo et quādoq̄ vulnerando ꝛc. et ita cursum galeas intrando ꝛc. Cuius rei gratia ipi infideles se vlciſcuntur in peregrinos remanentes. quandoq̄ etiam eos interficiendo. Unde cōsultius videtur q̄ remanentes peregrini rogatos faciant recedentes quatenus propter deum et eorum salutem patientiam seruent. et nusq̄ vltionem sumāt de paganis. ne dum ipi recedentes euaserint. remanētes periclitentur vt sepenumero cōpertum est factum fuisse.

Deigitur. xxij Julij que erat festum sancte marie magdalene cōperegrini fratres nostri Hierosolymā exeuntes ad galeas reuertebātur que in portu Joppensi eorum reditum expectabant. Nos vero videlicet decē et octo ex omni illa multitudine. deuotione et desiderio affecti sanctam visitandi katherinam in monte Synai. aliaq̄ loca perlustrandi. remansimus Hierosolymis. xxxiij. diebus vehementem estum et intensum solis calorez metuentes. qui nos iter illud graue perdefertum tunc arripere prohibebat. Illis autem diebus intermedijs crebro et sepenumero sancta visitauimus loca in Hierusalem et circumquaq̄.

Sunt autem nomina eorum qui remanserunt et ad sanctam katherinā simul perrexerunt ista. Que vtinā atq̄ vtinam sint scripta in libro vite
Dominus Johannes Comes de Solms dominus in Wyntzenberg. omnibus quidem etate iunior. sed animo non minimus. et nobilitate nulli aliorum secundus. immo omnibus preclarior priorq̄.
Dominus Bernardus de Breidenbach tunc quidem Camerarius nunc vero etiam Decanus sacre metropolita. ecclesie Moguntineñ. huius operis auctor principalis
Dominus philippus de bicken miles.
Cum his erat inter ceteros eorum familiares pictor ille artificiosus et subtilis Erhardus reuvich de Traiecto inferiori qui omnia loca in hoc opere depicta docta manu effigiauit.
Dominus Maximinus cognomento smasmus de Roppelstein et dñs in Hoineck.
Dominus Bernandus de mernarve baro.
Dominus Caspar de bulach miles.
Dominus Georgius marx miles.
Dominus Nicolaus dictus maior in kurt miles. Cum quibus preter alios eis seruiē tes. erant etiam duo fratres minores Paulus ꝛ Thomas multarum linguarum periti.
Dominus Henricus de scharvenberg miles.
Dominus Caspar de Sienli miles.
Dominus Sigismundus de marfbach miles.
Dominus Petrus velsch miles.
Dominus Johannes lazinus archidiaconus et canonicus ecclesie transiluanien sis in vngaria.
Pater Felix fabri de ordine predicatorum. sacre pagine lector Ulmensis et predicator egregius. qui etiam antea in sancta fuit terra: multa expertus.

Die itaq; xxiiij. Augusti. que erat festum sancti Bartholomei apostoli re-
bus omnibus per desertum nobis necessarijs dispositis: hora vesperaru
sanctam exiuimus ciuitatem Hierosolymam. et cunctam ferentes suppel-
lectilem nostram in asinis: in Bethleem post solis peruenimus occasum
In quantis autem fuerimus angustijs inter viam istam paruam faciendū propter
insidias paganoz et laborem habituz cum vino quod nos ducebamus: silere malo
q̄z recitare. bono respectu. Pansimus autem biduo in bethleem et omnia sancta vi
sitauimus loca: de quibus supra mentio est facta.
Die autem illucescente. xxvij. Augusti exeuntes de bethleem inclinata iam die in ve
terem venimus ciuitatem Ebron. vbi etiā sancta accessimus loca: speluncam scz du
plicem/et agrum damascenum: et reliqua supra memorata. Presertim autem mona-
sterium sancti Georgij quod greci monachi inhabitant intrauimus. in quo t cathe
na est eiusdem martiris almi: habens anulos. xxxix. quam sarraceni multum vene-
rantur at circumponunt collis eorum qui a demonijs vexantur et freneticis qui ex
eius contactu statim liberantur. quā et nos nostris apposuimus collis exemplo sar-
racenorum prouocati: qui itidem ante nos faciebant. Illic prope vestigia equi san-
cti ipius Georgij manifeste et clare adhuc videntur terre impressa vbi quondā equi
tauit. de qua terra paululum asportauimus nobiscum.
In crastino vero id est. xxviij. Augusti mane ante lucē egressi tota ambulanim⁹ die
vsq; post solis occasum vsq; ad locū quendā vbi inuenta solitaria et grandi quadā
domo nocte eadē mansimus in illa. Ibi terminantur montana et incipit planicies
fructifera satis amena. Faciendo iter illud transiuim⁹ secus quoddā castelluz qō ad
sanctū Samuelē nuncupat. Inde ad sinistrā est oppidū sancti Abrahe dictū. vbi et
hospitale quoddā est insigne sub ditione sarracenoz ex quo omnib⁹ aduentantib⁹ et
elemosynā petentib⁹ quarūcunq; etiā nationū vel sectaz hoīb⁹ panis p̄betur t oleū
cum aliquo pulmentario tc̄. Ibi p singulos dies mille ducenti panes coquuntur 1020
qui pauperib⁹ erogantur. Expense aūt que p annū in hmōi elemosynas ibidē fiunt
ad. xxiiij. milia ducatoz cōmuniter ascendunt.
Die altera id est. xxix. Augusti q̄ fuit decollatōis sancti Johannis. mane surgentes
pficiscebamur in Bazerā ciuitatē et venimus ad eā paulopost meridiē: nec tñ intra
uimus donec aduesperasceret: ꝓsilio ipius Trutzelmāni acquiescētes. qui id nobis
dissuasit ne forte dñs eiusdē ciuitatis vina nobis surriperet vt sepe antea fecit pere-
grinis. Inter pgendū illa die ad multas venim⁹ cisternas ex q̄b⁹ magno cū labore
sarraceni haustas aq̄s porrigūt pegrinis ꝓpter deū. Juxta hāc ciuitatē Bazerā in in
gressu ficulneā quandā vidim⁹ mire magnitudinis: p̄sertim in latū. q̄ septies in an-
no pducit ficus: et dicunt ficus pharaonis. Itaq; cū sol occidisset ingressi sumus
ciuitatē cū sarcinulis nr̄is: et cū magna difficultate domū inuenim⁹ in qua manere
oportune possemus. Domus enī cōsueta peregrinoz fuit nimis angusta pro tanta
hominum et bestiarum multitudine capienda. Tandem in curiam quandam soz-
didam et plenam lateriḃ ex luto cōfectis detrusi: nocte illa et sequentib⁹ omnib⁹ dor
miuimus sub diuo in terra. Ibiq; mansimus. xij. diebus: tedio maximo: egritudini
busq; grauibus affecti: quia malus aer est ibi. fallacijs quoq; dolis atq; fraudibus
a Calino nostro et alijs infidelibus multipharie fuimus circumuenti et vexati. de
quibus longum esset scribere per singula. Est autem Bazera ciuitas duplo maioz Gaza
et ampliꝰ in circumferentia q̄z Hierosolyma: sed impar ei in edificioꝝ structura
Et distat ad duo dumtaxat miliaria italica a mari. Eratq; quondā metropolis phi
listinoꝝ Gaza dicta. de qua habetur Judicum. xvi. q̄ Samson ibi ad mulierem
ingressus quā adamauerat cum id pcrebuisset apud philistijm: circūdederunt eum
positis custodib⁹ et insidijs: vt exeunte mane occiderent. Sed samson nocte consur
gens media: apprehendit ambas fores porte cū postib⁹ suis t sera. impositasq; hume
ris portauit ad verticē montis q̄ respicit hebron. Postea idē delusus p dalilam quā
adamauit que habitabat in valle soreth: captus. et erutis sibi oculis ductus fuit in

banc ciuitatem vbi eum philistei vinctum cathenis et clausum in carcere molere fecerunt. Tandem adductus coram principibꝫ philistiim et omni frequentia vt lude ret: inuocato deo suo: apprehendit ambas columnas quibus domus omnis immi nebat in qua agebant cõuiuia pro eius captione. Alteram dextera alteram ¦ leua tenens. et concussit eas adeo fortiter ꝙ domus cecidit super omnes principes et cetera multitudinem que ibi erat. Nam de tecto et solario circiter tria milia hominuꝫ vtriusqꝫ sexus spectabant ludentem samson. Et ita multo plures interfecit moriens qꝫ ante viuus occiderat. Domus autem illa templum dagon erat: cuius adhuc bodie ibi cernuntur ruine.

¶ Die tandem. ix. septembris extra ciuitatem secessimus in campum vbi cameli stabant. xviij. nobis per trutzelmannum dispositi. qui et tunc a nobis recedens Hierosolimam repedabat. calino minori in locum suum subrogato. qui deinceps nos duceret reduceretqꝫ iuxta condictum.

¶ Die vero. x. septembris de campo illo nos mouentes: ꝑ planicies ꝓcessimus. habentes mare magnum ad dexteram: et terram sanctam ad sinistram. contra nos vero ad plagam meridionalem desertum magnum et vastam solitudinem in quam conabamur. Peruenientes aũt iuxta quandã villulam lebbem dictam: ad vnũ miliare de Gazera. ibi nocte mansimus illa ꝓpter infirmos nostros: qui lento gradu incedebant fixisqꝫ tentoriis discurrimus per regionem ad colligendum paucula ligna. Necꝫ enĩ sunt illis in locis nisi arbustule aride: quas radicitus euellentes comportauimus in fomentũ ignis ꝑ coctione ꝛc̃. Est quidem in loco illo puteus magnus et altus sed aquis vacuus. de quo dicunt beataꝫ virginem cum puero ihesu et ioseph dum in egyptum fugerent aquas hausisse et ibi ꝓnoctasse.

Inde mane crastino id est. xi. septembris surgentes transiuimus ꝑ ¡zabulosam planiciem adeo spaciosam ꝙ non vidimus eius finem nisi ab occidente vbi mari magno cingebatur. tandem in regionem quandam venimus: que lingua arabica Azvatha appellatur: sed latina Sades. Ibi in cliuo cuiusdam arenosi monticuli fixis tentoriis mansimus: dispersi iterum in regionẽ ꝑ lignis colligendis vt prius. et asferebatur nobis aqua in vtribus a longe: que nausee et abhominationi nobis qꝫ refrigerio magis erat ꝓpter eius corruptionem in vtribus. Eadem nocte pluuiam paruam habuimus: que tamen rarissima est in locis illis. Porro inter ꝓcedendum terra magis ac magis deserta fieri et hominibus inhabitabilis incipiebat. Nam et ipa eadem die in verum venimus desertuꝫ: in quo nunqꝫ habitauit homo: nec moratus est filius hominis. vbi terra nec arari potest nec seri. per quam ꝓgrediendo non villam/non ciuitatem/non oppidum/immo nec domum: aut tugurium vidimus. non agros/non vineas/non ortos/non arbores/non nemora aut siluas: sed terram solis ardoribus adustam: sterilem penitus et infructuosam. torrentibus/collibꝫ/et montibus abundantem: qui horroris speciem et mortis imaginẽ preseferunt. Vidimus sepenumero per desertum quasi fumum maximum quem ab ignibus ascendere putabamus: sed in dies experiebamur hunc pulueris et arene tenuis et subtilis ¦ que a vento mouebatur esse eleuationem. Nam et inde plerũqꝫ monticuli fiunt et vbi bodie via est plana: cras monte collecto/ex arena vi ventorum agitata: mons est et locus inuius factus.

Ita pedetentim ꝓficiscendo venimus. xij. die septembris in locum dictum Hayon. vbi in torrẽte lato de solo albissimo fiximus papiliones. nec alia nobis erat aqua nisi in vtribus corrupta. nec panes alij nisi paximates siue biscoth. nec ligna ꝑ igne/ nisi radices herbarũ. et omnia que de Gazera recentia tulimus defecerant. Eodem sero arabes nostros vidimus subcinericios coquere panes.

Rursus die. xiij. septembris in torrentẽ magnũ incidimus ab vtroqꝫ latere montibꝫ cinctũ. quẽ arabes noiant zvadalar: vbi coloquintidã in copia magna repperimus. Sequenti die ꝙ fuit. xiiij. septẽbris vastiorẽ solitudinẽ qꝫ heri ꝛ nudiustercius intrauimus: vbi deinceps nec boues nec bestias vidim⁹ aut aues: nisi dũtaxat struthiones

qui morantur in deserto. venimusq; inter altissima mõtana ⁊ sterilissima nõ nisi lim pidissimis et abruptissimis petris coagulata. in loco arenoso magare dicto tentoria figẽtes mõtes vero pro sui singulari vastitate arabice gebelbelel nuncupantur.

Postro die. xv. in desertum rigidissimũ et frigidissimũ cõtra morem orientaliũ regionum venientes: mansimus in loco vbi gleba erat albissima et petra quasi creta. zabulum vero quasi calx postq; extinguit. et vocatur locus ille arabice mynscheue.

In crastino id est die. xvi. septembris pcessimus p regionẽ nimis rigidam et latissimam que cõtra orientẽ finẽ nõ habet quã eques transiens nõ potest in duob; mensibus venire (vt ferebatur) vbi hoim sit habitatio. nec tñ illa inuenta finis est illius deserti. estimaturq; a nõnullis q; sit pars torride zone que duret vsq; ad paradisum terrestrem. die illa in extremitatib; eius ambulantes venimus in alberock.

Die vero sequenti id est. xvij. septembris in mesmar ad radices montis eminentissimi quẽ nominant caleb qui artificialiter videbatur factus.

Inde recedentes die. xviij. septembris pambulata terra salsuginis vbi ros/montes: valles/saxa et arena instar salis sunt. venimus in torrentem quẽ aquosum dicebant sed non erat.

Die vero. xix. septembris in montana venimus quib; alonge vidimus montem dei Oreb: et Synai ad leuam: ad dexterã vero mare rubrũ. Nam distabant a nobis ad huc quattuor dietis. Ibi facta collatõe descendimus pedites ꝑter ꝓruptas petras et saltus precipites: viam valde piculosam: et mansimus in loco qui dicitur Ramathym per diem vnã et noctem ꝓpter infirmos: in cauernis suppendentib; petris latitantes. nec erat ibi aqua nec arbores aut virgulta.

In crastino id est. xx. septembris diluculo surgentes montana asperrima ingrediebamur: vbi nihil nisi arbores quedã valde spinose erant que tunc tpis florentes locum optimo replebãt odore vnde quasi recreabamur. Dicunt quidã de illis spinis dñicam coronã plexam fuisse. et ideo de illis assumpsimus nobiscũ. Postro montes illi ex vtraq; pte vallis nõ modo steriles erant sed petrosi et scopulosi supra modum mixtim coloris rubei et nigri et videbantur saxa in solis refulgẽtia quasi essent oleo inuncta. Ibi grandem bestiam vidimus maiorẽ camelo: et asserebat calinus noster eam esse vnicornẽ. Ibi etiã pastorem ꝓspeximus minantẽ gregem p crepidinẽ montis qõ mirabile fuit in oculis nostris: eo q; diu hoiem non vidissemus aut bestiam saltẽ domesticã. Aduesperascente die mansimus in loco dicto scholie.

Postro bos inter labores et viarũ difficilimaq; discrimina hanc solã meritis haud dubiũ beatissime virginis et martiris Katherine habuimus ꝓsolationem q; stellam quandã ceteris fulgentiorẽ post mediũ noctis semp in plaga vidimus exsurgere meridionali: quã stellam sancte Katherine appellant. Nec supra montẽ Synai stans viam nobis ante diem demonstrabat. et q̃cunq; ab ea declinauimus viam nostraq; perlongari habuimus indubitatum.

Tandem die. xxi. septembris cõtra meridiẽ: vallem quandã ingressi montem sanctũ Synai cunctis eminentiorẽ montib; in vertice montiũ vidimus eleuatuq; in cuius aspectu gauisi fuimus vltra moduq; verumtñ longe adhuc a nobis aberat. neq; vllam particularẽ determinationẽ in eo cernere potuimus: sed dumtaxat molem ipaq; vidimus sub obscuram. Postro cum sol iam ad occasum vergeret. venimus in locum dictũ abalbarock et est planities magna: altis montibus vndiq; cincta. signãter a parte meridionali. et ibi tentoria fiximus et noctem egimus illam. Dicitur autem q; in illa planicie Moises custodiebat greges Jetro soceri sui. Et vidimus in petra cauaturam in qua dicitur ipse vir sanctus sedisse frequenter et dormiuisse. De illo eni loco totam poterat planiciem facile perspicere et creditum sibi gregem. Credendum est etiam q; domus et habitatio Jetro sacerdotis Madian et templum idoli sui non longe a campo illo distabat. Posuimus autem tentoria nostra contra viam que ducit inter altos montes per vallem ad interioza per quam Moises suos minabat greges ad montẽ Synai. per quam et nos transituri in crastinũ erãmus.

Altera die que est vicesima secunda septembris. valde mane surgētes ad interiora deserti proficiscebamur per vallem abruptissimis petris clausam. et venimus ad aliam planiciē arenosam de ruffa arena sicut et montes rubei erāt in regione illa. Erat autem planicies illa lata et vallis longa attingens radices sancti montis Synai: et in hac valle credūtur filij israel habitasse et per tribus et familias suas tabernacula fixisse illo tempe quo moises cū dño in monte loquebatur. Videmus etiā locū eminentem supra petrā in modū cathedre ꝓdicātis. In q̄ dr moises legē postmodū ꝓmulgasse. Cū aūt vallem illam ascenderemus adheserunt nobis multi arabes nobiscū ad locū ad quem festinauimus ꝓperantes: nec aliquid a nobis exigerūt. Igit cuz ad radices altissimoꝝ montiū p latam vallem. cōtra austrū viā facerem⁹: quertim⁹ nos ad quandā vallem angustā et ꝓfundam. saxosam et asperam. eamq̄ intrauimus lento gradu: eo q̄ via mala esset maiorē in modū. In ꝓcessu vero monasteriū ante nos habuimus sancte katherine in radice montis Synai situ. ad cui⁹ conspectum ingenti gaudio et vltra cē credi potest leticia magna fuimus affecti. Quoniam multis iam emensis diebꝫ domū vel habitationem hominū nō vidimus vllam. et nūc exoptatū ꝓsidem nostre peregrinationis terminū ad quem: sub oculis habebamus.

Itaq̄ monasteriū ingressi et a monachis charitatiue suscepti cunctā nr̄am supellectilem et sarcinas vniuersas ad cellas intulimus nobis assignatas. Horaq̄ ad audiendam missam in capellam festinauimus latinoꝝ. eo q̄ nondū hora esset meridiana. Reliquā illius diei partem in monasterio exegimus quieti operam necessariam indulgentes. Sed neq̄ in crastino. id est. xxiij. die septembris montes sanctos Oreb et Synai ascendere volebamus ꝓpter infirmos et valitudinarios: qui ex labore itineris nimiū adhuc erant fatigati.

Postro die. xxiiij. septembris ante lucem monasteriū egressi. acceptis victualibus que p biduū sufficerent montē sanctū Oreb ascendere conabamur. Conscendentibꝫ ergo nobis p ꝓceps fons ille viuus nobis mox obuius fuit. qui ab initio ibi miraculose emanauit: ex causa quā infra dicam: et ꝓcedētes p mōtis crepidinē viā asperrimam atq̄ oppido saxosam. venimus ad capellam que beate Marie titulo venerabilis habetur: in memoriā subscripte rei quondam fundatam. Quodam nāq̄ tpe sercūitū multiplicata increuerūt q̄ monachi hac necessitate ꝓpulsi locū penitus desererē decreuerūt. Uerū cōmuni prius ordinata ꝓcessione ipi monachi montē sanctum ascendere et locis illis valedicere statuerūt anteaq̄ cum rebus suis inde migrarent. Quo facto cū in eū locuz tristes mestiq̄ redissent vbi hodie dicta capella est sita ecce virgo gloriosa mater dñi dulcissima eis ne a loco tam sancto discederēt ꝓcepit: securitateq̄ pollicita mox disparuit. Monachi vero metuētes ne forte fantasma essz qđ viderant: deuotius exorauerunt vt si vera fuisset apparitio id aliq̄ eis signo dato ostendere dignaretur. Mox eis orantibꝫ fons viuus de sub pedibꝫ eoruz emanans: ipos maiorē in modū letificauit. qui vsq̄ hodie iugiter scaturiēs ascendentibꝫ montem illū siue descendentibꝫ multe est consolationi. Sed et vermes venenosi nō mō ꝓcul inde aufugerūt sed vsq̄ in hodiernū diem nequeunt appropinquare loco eidem: Ab illo loco ascendentes multo cum labore ad arcū venimus lapideū. qui ab vno latere crepidinis vsq̄ in aliud tensus in modū porte curuat. Certaq̄ didicimus narratione q̄ nullus indeoꝝ hanc potest ingredi portā. et hoc pluries fertur probatum. Demū in summitatem illius montis ꝓueniētes in quādā q̄si planicie deuenim⁹. vñ mons oreb sine alteri⁹ cuiuscūq̄ montis ꝓglutinatione in altū erigebat. Hā inferiores mōtes oēs sibi coherent. In ipius mōtis oreb pede capellam reperimus sancti helie. quā et ꝓ ostiolū quoddā ingressi sumus. Sunt autē tres capelle vno murorū ambitu clause et ostio vno. Prima est sancte Marine. scōa sancti helisei. tercia sancti helie. vin q̄libet eaꝝ est indulgētia septēnis cū totidē carenis. In hūc locum zelosissimus ipe dñi vates helias se recepit: postq̄ memorabile illud pegit facinus de cō futatōne ꝓphetaꝝ baal et interfectione eorū q̄ erāt numero q̄dringenti q̄nquaginta

viri. quos conuictos et cõprehensos duxit ad torrentem cyson. et ibi eos occidit ad vnum. vt diffuse habetur. iij. Regum. xviij. ca. Quo cõperto et cognito Jezabel nequissima mulier. dixit p nuncium ad heliam. hec faciant mihi dij et hec addant nisi hac hora cras posuero animã tuã sicut aiam vnius ex illis. Timuit ergo helias et abiens in desertum ꝓiecit se subter vnã iuniperũ: petiuitq; anime sue vt moreretur. Cũq; obdormiuisset in vmbra iuniperi. Ecce angelus dñi tetigit eum dixitq; illi. Surge et cõmede. Respexit et ecce ad caput suum subcinericius panis et vas aque. Comedit ergo et bibit: et rursum obdormiuit. Rursusq; angelus dñi scõo tetigit eum dixitq;. Surge cõmede. grandis enĩ tibi restat via. Qui surgens comedit ⁊ bibit. et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus vsq; ad montẽ dei oreb. Cunq; venisset illuc mansit in spelunca illa de qua hic dicitur. et ecce sermo dñi ad eum dicẽs. Quid hic agis helia? At ille respondit. Zelo zelatus sum p dño exercituũ. q; dereliquerũt pactũ dñi filij israel. Altaria tua destruxerũt: et ꝓphas tuos occiderũt: et relict⁹ sum ego solus. et querũt aiam meã vt auferãt eam ⁊c. Ibi etiã in ostio spelunce stans vidit dñm in sibilo aure tenuis et accepit ab eo in mandatis vt vngeret ꝓphetaz p se heliseũ filiũ Saphat. vt habeẽt. iij. Regũ. xix. ca. Ab hoc ergo loco sancto ꝓpreceps ascendẽtes venimus ad grandem petrã de monte abscisam que in viã fertur cecidisse dum helias in verticem montis ascendere vellet. significans ipm ꝓphetam in iudeã prius redire debere. et heliseum loco sui cõsecrare vt iam dictum est. Inde rursus in summitatẽ quandaz venimus montis eiusdẽ. vbi in petra voraginẽ illam vidimus miraculose factã: in quã Moises iussu dei se recepit dum posteriora eius vidit. Optauerat equidẽ videre faciẽ ei⁹ dicens. si inueni gratiã coram te: ostende mihi gloriã tuã. ad quẽ deus. Ego inquit ostendam tibi oñe bonũ ⁊c. Rursumq; nõ poteris ait videre faciẽ meam: nõ enĩ videbit me homo et viuet. ecce inquit est locus apud me et stabis sup petram: cunq; ꝓtransibit gloria mea ponã te in foramen petre. et ꝓtegam te dextera mea donec trãseam. tollamq; manũ meã et videbis posteriora mea: faciẽ aũt meã videre nõ poteris. vt habetur Exodi. xxxiij. In ipam voraginẽ licet artam et strictã in qua moises tũc stetit recuruus: peregrini se immittere solent ex deuotõne. Inde in cacumen sanctissimi montis oreb quenimus. Ibi parua quedã et pulcra est edificata capella ferreo ostio firmiter clausa: statq; in eo loco vbi sanctus prophe ta Moises decalogum in duabus tabulis lapideis digito dei exaratam accepit. stans cum domino solus sup verticẽ montis Synai. de quo ita habetur Exodi. xxxiij. Ascendit moises in montem synai sicut ei preceperat deus. portans secũ duas tabulas quas prescinderat instar prioꝝ. Cunq; descendisset dñs per nubem. stetit moises coram eo inuocans nomen dñi. quo transeunte festinus moises curuatus est ꝓnus in terrã. et adorans ait. Quãtor dñe deus misericors et clemens. patiẽs ac multe misericordie ac verus. qui custodis misericordiam in milia. qui aufers iniquitatem et scelera atq; peccata. nullusq; apud te per se innocens est. qui reddis iniquitatem patrum in filijs ac nepotibus in terciam et quartaz progeniem ⁊c. Fuit ergo ibi vir sanctissimus moises cum domino quadraginta dies et quadraginta noctes: panem nõ comedens et aquã nõ bibens. Cũq; descendisset de mõte Synai. tenebat duas tabulas testimonij. et ignorabat q; cornuta esset facies sua ex ꝓsortio sermonis dei. qõ videntes Aaron et filij israel: timuerũt ꝓpe accedere. vnde et posuit velamen sup faciẽ suã qñ loquebatur ad eos: vt habetur ibidem. // Hanc capellam aperiente nobis fratre qui de monasterio nobiscũ ascenderat: discalciatis nudisq; pedib⁹ p reuerentia loci intrauimus. nosq; vt iustũ erat deuotius ꝓstrauimus in terrã. et locũ illũ in quo moises legẽ de manu dñi accepit duob⁹ signatũ lapidib⁹ reuerenter deosculabamur. Ad latus dicte capelle spacio. xv. passuum est spelunca quã et ingressi sumus: in qua Moises ieiunauit: xl. dieb⁹ et. xl. noctib⁹ vt legem dñi acciꝑe mereretur. supra illã vero iam dictam speluncam est quedam muschea ad quam quotidie confluunt peregrini arabes ⁊ sarraceni ob bonorem moisi quem valde venerantur: asseruntq; magnũ fuisse ꝓphetam

Grandis insup est ibi cisterna bonã continens aquam ꝛ frigidam atq; sanam valde de qua dicũt moisen aquã hausisse. vnde ꝛ fons moisi appellat. ꝑ circũitum grandes ibi apparent muroꝝ ruine. et credit ibi olim monasteriũ fuisse. Habet mons iste hoc singulare. q; rotundus sursum ꝓtenditur. nec alijs montibꝫ ꝺependet. nec tñ oñibus altioꝛ est. sed oñibꝫ singularioꝛ ꝛ ascensu difficilioꝛ. Sunt enĩ a monasteeio in eius vsq; summitatẽ circiter septẽ milia graduũ. demptis locis in quibꝫ rectis passibus ascenditur. et nõ ꝑ gradus. Ex illo monte sancto mare rubrũ ꝓspeximus et synum indicum ac brachiũ illud maris eiusdẽ in quo pharao ꝓsequens filios israel/ fuit submersus. In prefata capella est plenaria oĩm peccatoꝝ remissio. ex qua egressi consedentes fecimus collationẽ. vt ad residuos laboꝛes essemus expeditioꝛes.// Expleta collatione paululũq; recreati descendimus de monte cõtra occidentẽ ꝓpreceps viam piculosam. terribilẽ. et saltuosam valde tandemq; venimus ad monasterium ad. xl. sanctos nuncupatũ. vbi modica facta pausatione montẽ Synai ꝑ viã adhuc longe asperioꝛẽ et durioꝛem ascendimus ꝑ inuias crepidines. per scopulos ꝓruptos. per petras suppendentes. ꝑ horribiles saltus. perq; ꝓcipites cliuos. ꝑ intensissimos desuꝑ solis ardoꝛes. hoc vero solum habuimus refrigeriũ. q; duos in tali ascensu fontes reꝛperimus aquã frigidam cõtinentes vnde refocillabamur.
Poꝛro cum iam pene in cacumen venissemus: reꝛperimus collum montis adeo toꝛtuosum ac longum q; obstupuimus. nec alia erat nobis via. Itaq; ꝑ scopulos nos sursum traximus. Atq; multos post laboꝛes et sudoꝛes in summitatẽ montis pueni mus. erat aũt dies. xxv. septembꝛis. Igitur ad locũ illum sanctissimũ accedentes in quem angeli glorioſe virginis et martiris katherine coꝛpus ex Alexandria detuleꝛunt. in quo etiã loco ꝑ trecentos iacuit annos sub angelicis excubijs. donec scilicet cuidam abbati fuit reuelatũ: vt coꝛpus sacrum inde tollens ad monasteriũ vbi iam est transferret: cum ingenti leticia et exultatõne atq; deuotione. nos ibidem ꝓstrauimus. ipm deosculantes. immo nos totos in locũ sacri coꝛpusculi injicientes: eidem coꝛpoꝛa nostra cõmensuraꝛimus.// Est autẽ locus ille talis dispositõnis. Mons Oreb et mons ille Synai suis cacuminibꝫ per grande distinguuntur interuallum: sed radicibꝫ ꝓiunguntur. At in eoꝝ medio ꝓfatum monasteriũ. xl. sanctoꝝ est collocatũ. Verum cacumen montis Synai vbi virgo beata Katherina vt dictũ est fuit deꝑtata manibꝫ angelicis. multũ excedit cacumen montis oreb. sed et cũcta montium cacumina ꝑ circũitum eius. In summitate aũt illius saxosa quedam extat planicies. impressionẽ habens coꝛpis humani nõ ferro inscisam nec arte aliqua factã: sed ipa solidissima petra in modũ cere mollis se prebuit ad contactũ coꝛporis sacri formabilẽ. Sunt et ibidem ex vtroq; latere sepulcri. alie quedã impressiones. signa angelice custodie ꝓferentes. qui ab hoc sacro coꝛpusculo creduntur nunq; discessisse. In hoc vt dixi loco supa q; credi potest gaudio afficiebamur. ꝑ eo q; in extremo nostre longissime et laboꝛiose peregrinatõnis: atq; sumptuose termino constituti: nil nobis restare noueramus. nisi q; ad patrium solũ faciem nostrã (deo ꝓpicio aliquando ꝓuenturi) cõuerteremus. Finita ergo oratione: iocundam ibi fecimus collationem comedentes et bibentes que apud nos erant. deo et virgini sacre iocundissimas gratias ꝓsoluentes. Inde circumjacentes ꝓspeximus regiones: et longe lateq; terram ꝓtemplabamur. Videbatur aũt nobis q; dempto deserto ꝑ quod venimus vndiq; rubro ꝓcluderemur mari. Adeo parum videbatur a nobis distare. tribꝫ videlicet leucis solũ cum tamen in veritate duoꝝ distet spacio itinereq; dierũ. In ipso aũt mari rubro pleraſq; vidimus insulas steriles et desertas. sed vt vltra eiusdẽ maris rubri brachium. altissima illa montana a longe ꝓspeximus in Thebayda regione. vbi sanctus Paulus. Anthonius et reliqui plurimi patres heremiticã vitam duxere. Ibi etiam videtur nominatissimus ille maris rubri poꝛtus Thoꝛ appellatus. vbi omnes naues speciebꝫ onuste aromaticis: ex India venientes applicant. Inde Alexandriam et inde venetias ꝑgentes: Unde in nostras ꝛ alias partes deferuntur Ibi etiam desertum Helim et Sur vidimus. vbi moises cum filijs israel transito

mari rubro. castra primum metabantur. Inde ad radicem montis huius sancti applicantes. Vbi et maiorem partem quadraginta annorum quibus in solitudine vagabantur exegerunt. Insup in regione que erat inter mare rubrū z montem Synai locus nobis demonstrabatur. in quo sanctorum virorum monasteriū fertur esse. quod modernis temporibus nemo potest inuenire. cuius campanaz pulsus ad omnes horas canonicas ibi quotidie audiatur. dixerunt tamen quidam arabes se in eo fuisse. sed mox vt exierunt viam et monasteriū perdidisse. Nonnulli etiam ex fratribus monasterij sancte katherine conati sunt illud exquirere. qui dicunt se sonum quidem audiuisse campanarum. sed monasterium ipm minime inuenisse. Ex illo etiam loco ortum vidimus amenissimum arboribus fructiferis cōsitum. et presertim dactilis copiosuz. qui est fratrum ipsorum dicti monasterij sancte katherine. Ex hoc enim loco eminenti Phasga mons maximus videtur. Phasga autem mons est maximus cōtinens in se multos particulares montes. Hā in hoc monte sunt Abarim et Nebo. qui sunt colles super quos ascendit moises vt videret terminos terre promissionis anteq̄ moreretur et in valle eiusdē montis in campestribus Moab: sepulture traderetur. vt patet Numeri. xxvij. et Deutrono. vltimo. Hic mons fuit in finibus moabitarū et amonitarū. diuidens terram eorū a terra amorreorum. quam postea possederunt Ruben et Gad. et dimidia tribus manasse vt patet Deutronomij. iij. Radices vero istius montis tangūt mare rubrum quod est marre salsissimū sicut dicitur Deutronomij. iij. tam in textu q̄ in glosa. Vnde isti montes diuidebant terram quam inhabitauerunt moabite et etiam amonite a terra quam in possessionē receperunt israelite. vnde vsq̄ ad verticem eiusdem montis peruenit moises. et ex illo loco totam terram promissionis fuit cōtemplatus. Ibiq̄ mortuus est: et in valle eiusdem montis vbi fuerunt campestria moab sepultus est. et vsq̄ hodie occultatus. Super istum montem phasga ascendit Balaam ariolus cum Balach rege moabitarum. vt malediceret populo israelitico. cuius maledictionē dominus cōuertit in benedictionē. vt habetur Numeri. xxiij. Ex quo patet q̄ mons ille fuit mons diuisionis. q̄ terminos malorum a bonorum terminis diuidebat. Benedictionis, vero quia dominus per Balaam ꝓphetam benedictionē populo israelitico cōferebat.

Item mons speculationis quia inde moises terre promissionis terminos ꝓuidebat.

Soluto hore vnius spacio: descendimus per viam qua ascenderam⁹. et ad fontem accessimus sancte katherine. vbi etiam virgulas excidimus quas dicunt esse eiusdē speciei cuius erat rubus in quo dominus apparuit moisi. quas etiā valere asserunt et ꝓdesse valde morbum patientibus caducum. dum eas secum ferunt. Post multum tandem labore habitum: deuenimus ad monasterium. xl. sanctorum vbi et nocte illa quieuimus. Hoc monasterium olim monachis abundabat viris sanctis. quodam autē tempore irruentibus in eos paganis de thor. xl. ex eis monachi martyrio vitā finiuere gladij animaduersione. qui et ibidem sunt sepulti. vnde etiam ad. xl. sanctos nuncupatur. Jam vero duo dumtaxat monachi ex monasterio sancte katherine illac ponuntur. multas crebro inquietudines et molestias ab arabibꝫ sustinentes. Omnia illius monasterij edificia ex luto et arundinibus cōstant. sola ecclesia dempta. et muro monasteriū cingente. Habetq̄ ortum annexum amenum satis et longum per descensum vallis sed nō multū latum. Oliuis. amigdalis. ficubus et alijs arboribus abundantem. propter qd magnos habuerunt prouentus olim monachi sancte katherine ex orto illo. sed per locustas et brucos ab aliquot annis omnia vastata z cōsumpta. In eodem orto est parua quedam cappella in spelunca in qua sanctus Onoffrius anachoriticam vitaz fertur duxisse. vt in eius legēda habetur. In prefato monasterio cibo refecti et potu. repertisq̄ camelis nostris iuxta maceriam dicti orti descendimus in vallem. vt girando montē dei oreb in monasterium sancte katherine reuerteremur. Inuenimusq̄ ad radices montis petram oreb. vbi moises percussit virga bis silicez. et egresse sunt aque largissime in duodecim locis petre. iuxta numerum duodecim tribuum israel. Est autem petra illa singularis. nulli coherens monti. sed proprijs faciens coagulum: in maioris miraculi signū.

Ea super re multa habentur Numeri.xx. capitulo. vbi inter cetera ita dicitur. Cum venissent filij israel in desertum Syn & populus maneret in cades. indigeretq; aqua coierunt aduersus Aaron et Moisen. ac versi in seditionē dixerunt. cur eduxistis ecclesiaz domini in solitudinē. vt et nos et nostra iumenta moriamur. Quare nos fecistis ascendere de egipto. et adduxistis in locum istum pessimū qui seri nō potest. nec ficum gignit. nec vineas nec malagranata. Insuper et aquā nō habet ad bibendum. Tandem ad preces moisi et aaron ait dominus. Tolle virgam et cōgrega populū tu et aaron frater tuus. et loquimini ad petram coram eis. et illa dabit aquas. cunq; eduxeris aquas de petra. bibet omnis multitudo et iumenta eius &c.

Inde paululum procedentes venimus iuxta locum illum vbi Chore filius Isaar. filij chaath. filij leui et dathan atq; abyron. filij eliab on &q; phelepb de filijs ruben surrexerunt cōtra moisen. alij quoq; filiozum israel ducenti quinquaginta viri proceres synagoge. et qui tempore cōcilij per nomina vocabantur steterunt aduersus moisen et aaron et dixerunt. Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorū est. et in ipis est dominus. cur eleuamini super populum domini. et multa hunc in modum. Tandem ait dominus ad moisen. precipe vniuerso populo vt separetur a tabernaculis chore dathan & abyron. quo facto dathan et abyron egressi. stabant in introitu papilionū suarum cum vxoribus et liberis et omni frequentia. et ecce dirupta est terra sub pedibus eorū. et aperiens os suum deglutiuit eos cum tabernaculis suis et vniuersam substantiā eorum. descenderuntq; viui in infernum. operti humo et perierunt de medio multitudinis. sed et ignis egressus a domino. interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incensum vt habetur Numeri.xvi.ca. Ibi quondā insigne fuit monasteriū ad sanctos Cosmam et Damianū appellatum. per sanctum Anastasium quondā fundatum. vbi hodie duo ex fratribus monasterij sancte katherine manent. Estq; ibi ortus et vinea in eo loco vbi res iam dicta fuit gesta. Inde nō longe est fons ille de quo moises dedit populo bibere aquas maledictionis. ex quo potu multi filiozuz israel mortui ibidem sunt sepulti post vitulī cōflationem. Ibi de proximo est sepultura fratrum vbi plus q3. ix. milia descriptozum quiescunt corpora monachorū. Ibi et vallis Tholas dictas. vbi desolatū quoddam est claustrum sancti Johannis clumachi nuncupatū. Ubi et quedā spelunca est in qua quondam sancti patres artam rigidāq; penitentiam egerunt. Inde in campum venimus quendam satis latum. vbi iussit moises expectare filios israel dum ascenderet ipe et Josue minister eius in montez Synai ad deum. dicens senioribus. expectate hic donec reuertamur ad vos. habetis Aaron et Hur vobiscum. si quid natum fuerit questionis referetis ad eos vt habetur Exodi.xxiij. Itaq; circuitu per girum monte oreb. venimus in viam vallemq; saxosam & strictam per quam in monasterium sancte katherine reuertebamur.

Die.xxvi. mensis septembzis mane surgentes. omnes nos per cōfessiones et alias deuotiones pparauimus ad sacras reliquias in prefato monasterio sancte katherine videndas. Igitur cōgregatis nobis omnibus in ecclesiam venit abbas monasterij cum monachis suis. ad tumbā beatissime virginis katherine multis accensis candelis circumstantes suo more antiphonas quasdam in lingua greca decantauerunt. Tandem cum difficultate tumba ipa patefacta. accessit prior abbas ipe et cum reuerentia deosculatus est sacrum virginis caput. diuine vtiq; sapientie gazophilatiū speciale. Pari modo omnes monachi vnus post vnuz faciebant. quos nos peregrini imitantes ex ordine sequebamur. sacras reliquias deosculantes cum deuotione. etiam rebus nostris iocalibus easdem cōtingentes. De bombice autem in qua sacri corporis membza quiescūt dedit abbas omnibus nobis paululum. quam accipiētes animo gratissimo. intinximus in lampadem que in cappella sancte Marie de rubo pendet.

Porro tumba ipa est in dextera parte chori in eminentiori loco posita de marmore candido et polito facta. in qua sacrum virginis caput. due manus. et quedam alia corporis

membra recondita cõseruantur. Alia vero per mundũ varijs sunt in ecclesijs dispersa. Dehinc in eodem latere chori paruum est ostiolum per quod intratur ad aliam quandam sanctissimã cappellã que dicitur sancte marie de rubo. Ibi enim sub altari est locus vbi stetit rubus ardens qui non comburabatur. ad quem dũ moyses vellet accedere dictum est ei. Solue calciamentum de pedibus tuis ꝛc̃ qđ et nobis monachi in memoriam reducentes iusserunt vt itidem faceremus. qđ et fecimus atq; ita nudi pedes ingressi locum sanctũ debita reuerentia deosculati venerabamur. Estq; ibi plenaria peccatorum remissio sicut et circa tumbam sancte katherine. Sunt preterea plures capelle per circuitum illius ecclesie in quibꝫ magne sunt indulgentie. puta in loco vbi iussit dñs moysi vt assumptis secum Aaron Nadab et Abiũ et septuaginta de senioribus israhel ascenderet in montem et alijs similibus. sed de his breuitatis amore silere malo q̃s longum frustra texere sermonem. In duodecim etiam columnis ecclesie plures sunt reliquie recondite. et appense tabule. eorum sanctorum depicte imaginibus quoꝝ ibi reliquie cõseruantur et quorum festiuitates per duodecim menses anni solennisantur a grecis. Est etiam ibi capella quedam latinorum exilis satis et inornata vbi sacerdotes nostri missas celebrantes laycos milites communicauerunt. Est etiam ibi ecclesia quedaꝫ sarracenorum siue muschkea satis lata ⁊ iuxta modum eorũ pulchra. turrim quandam habẽs annexam quam arabes et sarraceni illo venientes frequentant. Nam et ipsi sanctam venerantur katherinam. et sepius eam veniunt visitatum. Est autem dictum monasterium situm in valle inter medios montes altissimos muro circundatum. a iustiniano imperatore primitus fundatum. Est q; primum monasterium in greca natione ordinis illius sunt enim monachi de regula sancti Basilij sub ritu grecorum. Campanas nõ pulsant sed anulis ereis sonituꝫ faciunt. p conuocatione fratrum ad horas canonicas. Multi sunt in eo monachi antiqui pauperes cellulas inhabitãtes et viles. factas ex luto. magnam quoq; seruãt asperitatem in vestitu. et abstinentiam in victu. sunt tamen omnes p prietarij. manibus suis laborantes. ementes et vendentes. et liuor ac cõtentio iugiter est inter eos. forte in penam et vltionem sue inobedientie. quia ecclesie Romane non sunt subiecti. Ortum insignem et pulchrum varijs et multis cõsitum arboribus habent monasterio cõtiguum et annexũ. et fertur q; in eo orto vitulus aureus per Aaron fuit conflatus. Est etiam in eo lapis magnus et rotundus ad quem dicitur moises tabulas cõfregisse. in quibus lex digito dei fuit exarata vbi cognouit populum idolatrasse. Per orum illum aqua decurrit maledictionis cognominata. de qua ad iussum moisi populus bibit et inter bibendũ actores criminis et rei idolatrie agnoscebãtur. In eodem orto vidimus in summitate montis quasi vitulum quendam grandem lapideum in supercilio montis stantem. et dixerũt nobis monachi q; hiemo eundem vitulũ superius posset inuenire: licet inferius videatur. vnde nõnulli superstitiose dicunt diabolum vitulum cõflatilem illuc deportasse.

In hac valle in qua prefatum est monasterium atq; etiã in alijs vallibus per circumitum montis Synai. manna inuenitur in Augusto et Septembri dumtaxat. quod monachi colligentes et Arabes: aduentantibus vendunt peregrinis. Cadit autem versus diem in modum roris et pruine. appendetq; graminibus guttatim. lapidibus quoq; et foljs arborum. cunq; colligitur in vnum concurrit coagulum sicut pix. et ad solem vel ignem resoluitur. Est autem gustatum sicut mel dulce. dentibus adherens comedentibus de eo multas cõparauimus partes. sed et de ligno illo de quo erat virga moisi sumpta: cum qua tanta fecit mirabilia in terra egipti in decem plagis. Porro in ipo monasterio grandis quedam est cisterna in petra incisa. aquis semper quasi miraculose abundans. Et dicũt monachi meritis moisi illas se aquas habere. Inde omnia vasa nostra implemus vt per desertuꝫ aquas haberemus. quia iam tempus imminebat nostri recessus Arabes frequenter iuxta dictum sunt monasteriũ. et mirum immoduꝫ ipm grauant. ita q; dictum abbas eiusdem monasterij octoginta vel centum arabes in panibus et pultibus pascere cogitur. In eodem monasterio omnium nationũ et sectarum persone reci-

plantur ad ordinem. exceptis solis Armenis et Jacobitis. recepti autem more eorū vi uere tenentur. et instituta seruare grecorum.

De regressu de monte Synai versus Thayrum.

Deigitur. xxvij. septembris illucescente: rebus omnibus dispositis surrexim⁹ ante lucem vt recederemus. et ecce capitaneus arabum cum multis madianitis suis cōplicibus iura sua iniusta a nobis exigens diu nos retardauit quo tandem placato pecuniis etiā camelarij nostri impedimento nobis fuere suis rixis et cōtentionibus quibus etiaz ad votum suum cōpescitis. profecti sumus in feruore solis in nomine christi et sponse sue katherine. transeuntes per vallem per quam venecramus. et nocte illa tentoria fixim⁹ inter montana in loco sterili et arido. vbi vix pauculam inuenimus materiam pro ignis nutrimento.

In crastino diluculo inde descendentes venimus in torrentē quendaz delectabilem. petrosis montibus conclusum. arboribus tamen plenum: quo pertransito cum in locum quendam spaciosam venissemus onagros quosdam obuios nobis habuimus in decliuo montis. Inde sole iam occidente in locum dictum Elphat venimus vbi fixis tentoriis pernoctauimus. Eodem sero applicuerunt ad nos quidaz sarraceni quattuor camelos oneratos pomis et piris cistis inclusis ducentes. Pater eni monasterij sancte katherine per singulos annos in septembri mittere ꝓsueuit Soldano in Thayrum de fructibus qui per circumitū sancti montis Oreb et Synai crescunt quod munus eo gratius habet Soldanus. quo ex locis illis sanctis sibi defertur. Inde suis charis cōmunicans amicis. Cum eisdem ergo sarracenis per biduum sequens proficiscentes p torrentes delectabiles sed steriles z desertos. quorum aliqui de terra albissima sunt in regione dicta laceraa. circundati altis montibus in modum crete albescentibus.

Tandem die prima octobris venim⁹ de deuijs deserti ad regiam et tritam viam. qua a Bazera directe transitur in Thayrum. Est autem via illa bibertita. cuius pars vna tendit de Thayro in Bazeram. alia in portum maris rubri Thor appellatum. in quem ex India. xvi. dierum interuallo aromatice species aduebuntur in nauibus. que non clauis aut alijs ferramentis sunt cōpacte. sed funibus quibusdam et ligneis tenaculis cōglutinate. et id hac ratione. Naues enim ex India in prefatum portum transeuntes circa montes et scopulos magnetis necesse habent ire. Unde si ferrum in ipis esset nauib⁹ mox magnes eas attraheret et collideret penitus.

Porro inclinata iam die in torrentem incidimus dictuz oronden. vbi figentes tentoria propter aquas que illic reperiebātur nocte mansimus illa. Sunt enim in loco isto plures fontes viui: aquas claras scaturiētes. sunt et palme multe ibi. vñ suspicabamur illic esse desertum helym in q̄ filij israel transito mari rubro castrametātes inuenerūt duodecim fontes et septuaginta palmas. vt habetur Exodi. xv. ca. Porro locus vbi nocte illa mansimus plenus erat magnis pediculis qui dicuntur pediculi pharaonis. et grandes sunt instar nucum auellanarū. Postera ergo die id est secunda octobris mane surgētes et ceptum iter agentes obuium habuimus mammalucū quendaz cum quattuor camelis: venientem de Thor. pergentē in Thayrum. hicvbi vidit dominos nostros peregrinos nobiles vna cum suis famulis armis accinctos (nam et enses et arcus cum sagittis secum tulerant per desertum) interrogauit calinum nostrum cur homines alieni per terram domini Soldani sic incederent armati. Respondentes peregrini dixerūt q̄ dum essent Jerosolymis intellexissent quosdam pestilentes homines vagari per desertum. et passim domini Soldani saluum cōductum violare spoliantes et, depredantes pretereuntes. Quibus resistere inquiunt et temerarijs obuiare ausibus eorū sumus parati. Ideo nos gladijs accinximus et muniuim⁹ arcubus vt illos insolentes pacis turbatores qui saluam guardiam domini Soldani infringunt si forte nos inuaderent cōdignis afficiam⁹ plagis. Quo responso ille cōtentus significauit nobis aliquot elapsis

diebus. naues ex India cum speciebus in sepedictum portum Thor venisse et actu in camelis Chayrum adduci. et inde per nylum in Alexandriam vbi galee venetiane illis mercibus onerande quātotius essent recessure. hāc ob causam maturauimus venire in Alexandriā ne naues venetianas negligeremus.

Eodem die circa meridiem ad litus maris rubri latissimū et aridissimum venimus vbi vix figere tentoria poteramus. Illic peregrini quidam in noctis tenebris nos preterierunt qui de Hierusalē in Chayrum et inde in montē Synai transibant.

Altera die id est tercia octobris ambulantes iuxta litus maris rubri. in eum locum venimus vbi moises filios israel traduxit sicco pede per mare. ibi depositis vestimentis balneauim⁹. et more patrum baptisabamur in mari. Est autem aqua maris rubri nō rubea vt vulgus estimat. sed clara et salsa similis reliquę aque maris magni. Dicitur tamen mare rubrū. quia terra illic rubea est et montes adiacentes ad rubedinē tendunt. propter quod et mare ipm quasi rubrum esse videtur. Vel etiam ideo quia fuit figura sanguinis christi in cruce effusi atq; baptismi. efficaciam ex sanguine christi habentis. In litore maris huius ostrearum reperiuntur cōchilia diuersarum specierum et figurarū. corallum quoq; album et pleraq; alia huiusmodi genera gemmarū. Ibi etiaz in maris huius insulis lignum crescit rubeum ad modum presilij. In ipo litore cōsedentes in iocunditate comedimus et bibimus que habebamus. vnde surgētes ad fontes moisi venimus sic dictos. quia ibi habitasse cum filijs israel perhibetur. Inde adequatis gregibus recedentes venimus in campum dictum banadam adhuc iuxta litus maris. vbi et mansimus nocte illa.

Mane sequentis diei pcedentes per litus maris venimus ad montana vbi mare rubrum finitur. Ibi magnifica quedam opera vidimus olim inchoata per regem quendam egiptiorum qui volebat mare rubrum deducere vsq; in nylum. et ita orientem et occidentē colligare vt naues ex India per mare rubrū in nylum deuenire. et inde in mare magnum descendere possent ꝛc. Unde montes ꝛ colles petras et saxa pro meatu maris faciendo iussit transfodi. sed hoc opus grande non perfecit resistentibus sibi sapientibus egipti. quia per influxum maris rubri aqua nyli dulcis et apta ad potandum amaricaretur. et sterilis etiam fieret ex fecunda. atq; his in vnum cōfluentibus aquis. magna pars egipti aquarū inundantia posset absorberi. Ita bis et alijs causis ceptum negocium mansit infectum.

Ex hoc loco pergentes venimus in campum Thoas dictum. vbi nec papiliones erigere ob ventorum impetū poteramus. nec aliquod ignis fomentum inuenire. Unde cō fractis ligneis vasis nostris vacuis puta lagenis ignez ex eis accendimus. vt vel offam vnam coqueremus.

Media ibi nocte exacta recessimus iter laboriosum p latissimos et prorsus steriles campos tota die illa. id est quinta octobris cōficientes. vbi nec virens aliquid vidimus. nec aquam reperimus. neq; tentoria figere poteramus. eo q; tenuissima arena que illic est copiosa funium claues tenere nō posset et ita sub diuo dormire oportebat.

In crepusculo die. vi. octobris. surgentes processimus per loca arenosa et sterilia. et tandem ad montana venimus zabulosa que nō sunt stabilia. sed ꝑm ventorum flatum mouentur de loco ad locum. sic videlicet q; nō simul et semel sed successiue tollit ventus et fert superiora zabuli. et in aliaz partem trajicit. quousq; nil ibi remaneat: zabulo de priori. In fine illorum montanorum cōgregationem vidimus aquarum multarū instar maris et ciuitatē quandam ac terram fertilissimam oliuis palmis et alijs arboribus repletam. Erant autem ille aquarum congregationes de nobilissimo paradisi fluuio Gyon: qui nunc Nylus nuncupatur. quo tota egypti terra fecundatur vt patebit in processu. Igitur cōtra aquas illas processimus et venimus in villam Hatheream dictam. vbi ortus balsami est. Cum omnibus autem rebus nostris introducti sumus in domū illā

in qua fons beate virginis emanat qui irrigat ortum balsami domui eidem annexum.
Ibi rebus nostris locatis: camelariis nostris et ipis camelis licentiã dedim⁹ quos dũ
taxat ad locum illum cõduximus. quo facto misimus nuncium in Chayrum (parum
enim distat a matherea duobus videlicet miliaribus germanicis dumtaxat) et trutzel-
manno chayrino nostrum denunciauimus aduentum. petentes vt ad nos veniret. inq;
vrbem nos deducere dignaretur. Nullatenus enim absq; eius tuitione possent christia
ni vel iudei ciuitatem illam potentissimã ingredi cum salute et pace. Hic nostro cõper-
to aduentu multa comitatus caterua clientum ad nos venit volens nos statim babylo-
niam introducere. Verum propter loci illius in quo eramus amenitatem atq; singula-
ritatem (nam post heremi vastitatem et horrorem solitudinis. desertorũq; sterilitatẽ lo-
corum. magnopere nos ortorum amenitas delectabat et terre abundantia quia solo vi-
no dempto omnia ibi reperimus bona que desiderare poteramus pro cõpetenti precio
et aquas presertim dulces claras et frigidas que rare nobis erant in copia magna) pla-
cuit nobis vt die illo ibi possemus manere vsq; in crastinũ quod et trutzelmannus an-
nuit. hac tamen cõditione. vt vnus ex familia dominorũ lutanista videlicet Conradus
nomine secum pergeret quia et trutzelmannus ipe in eiusmodi instrumentis musicalib⁹
erat peritus. quam adiectam libenter admisimus cõditionem dum voto potiremur de
manendo. Erat nanq; circa nos fons ille singularis de quo ipa virgo gloriosa. et Jesus
fons pietatis. Joseph ĝq; virtutis exemplum bibisse dicuntur. Antiqua nãq; patrum
habet traditio q⁹ dum Joseph precipiente angelo a terra israel fugiens cum puero Je-
su et Maria matre eius huc loci venisset. circumibat per domos ville prefate sitz mathe
ree aque potum petens: sed nõ erat qui tribueret. Tandem virgo fatigata ex itinere se cũ
puero Jesu hoc in loco ad pausandum collocauit Joseph assistente. Tunq; siti grauí
estuarent ecce fons ille memoratus ad virginis latus emanauit. de quo bibentes refocil
lati sunt. Tam nobiles autem fons ipe aquas scaturit q⁹ ibi balsamũ ortum est nec vsq;
hodie per totum mundum nisi de illius aque crescit fecunditate. Quanq; veteres genti
lium historie narrent balsami vineam in montibus Engaddi primum fuisse exortam.
et per Cleopatram reginam egypti inde eradicatam huc loci fuisse translatam. Hoc ta
men certum est et frequenti experimento cõpertum q⁹ si ramusculi balsami de isto sumã
tur orto et in alio loco plantẽtur mox arescunt et depereunt. Ad huius autem aque riga
tionem dumtaxat virescunt qua deficiente deficiunt. Hoc summus quidam pontifex
Rhomanus. hoc multi temporum successu Soldani tentarunt conati vineam istam
alibi plantare. sed vt dictum est inuanum laborauerunt. quia nõ nisi ex hoc fonte balsa-
mum suo manet in flore. Sarraceni autem magnum circa fontem illum puteum fode-
runt. de quo quattuor boues aquas hauriunt. et dum eiusdem aquas putei in balsami
ortum per cannalia infunderent. vt sic copiosius irrigaretur mox viror decreuit virgul-
torum. et ita coacti sunt cannalia de puteo in fontẽ virginis marie dirigere et de ipo fon
te in ortum mittere. vt sic aque putei cõmixte cum aqua fontis fecundarent ortum illum
quib⁹ et hodie irrigatur.
In crastino facto mane circa fontem sanctum solemne officium misse de virgine glorio
sa celebrauimus. et ita finita missa ibi manducauimus que apud nos erant. et bibimus
ex aquis illis. magnopere fonte ipo delectati. Nam et quidã ex nostris in ipm se aliquo
tiens fontem immersere. robustiores ex inde se euasuros sperantes. Amirũ nam et sar-
raceni: frequẽti se ibi abluunt baptisatione. Porro domus in quam eramus intrusi spa-
ciosa erat et delitiosa ex qua per fenestras in ipm balsami ortum prospicere poteramus
Unde odor mirificus spirans suauissima sua fragrantia locum nostre habitationis im
pleuit. Post aliquot horas superuenit trutzelmannus iuxta cõdictum vt nos cõduceret
in Babylonem. quem nõ modico dato auro exoratum fecimus. vt in ortum illum dele
ctabilissimũ nos antea sineret introire q; inde recederemus. quod et fecit per parũ ho-
stiolum nos introducens. vbi ingressi arbores virgulta et herbas diuersarum vidimus
specierum. Erant autem quedã adhuc in flore. quedam vero in fructu. quedã in secũda

ſam reflorítione.et odore ſuauiſſimo redolebant. In primo mox ingreſſu ficulneā quandam grandem et peruetuſtam ſub oculis habebamus.cuius truncus magnam prefere bat cauaturaz.ante quam due pendebant lampades ardentes.cuius rei dum inquirere mus cauſam dictum nobis fuit q dum virgo gloriosa illic peregre viuens nullum haberet locum ad quieſcendum et ipſa cum puero Jeſu ſe ad arborem illam quietis gratia reclinaſſet.ſtatim arbor ſe aperuit et virginem cum filio intus recipiens congruū requiei prebuit locum.et ob id ſicut fontem prefatum ita et arborem iſtam venerantur nō modo chriſtiani ſed et ſarraceni. Ex huius arboris fructibus quia plena pendebat pomis qui ficus dicuntur pharaonis.de licentia comedimus trutzelmanni. Inde procedentes ad aliam quandam mirabilem venimus arborem cuius folia.xv.aut.xvi.pedes habebāt in longitudine.in latitudine vero duos aut pauloplus.fructꝰ autez eius poma ſūt oblonga. quorū.xvij.xix.aut.xx.in vno culmo creſcunt.ſicut vue multe in vno racemo. Sunt autem poma illa dulciſſima quando ad debitam perueniunt maturitatem et dicuntur muſi.et quacūq parte ſcindantur vtraq pars ſciſſure crucē cū crucifixi imagine gerit impreſſam. Et fertur pro certo q lignum ſcientie boni et mali.cuius fructus erat vetitus.illius fuerit ſpeciei cuius z arbor hec. Dicitur etiam q olim ante papiri inuentionem in foliis huius arboris prius exſiccatis antiqui ſcribebant. Habent enī folia illa a ſummo vſq deorſum rectiſſimas lineas ordinate ab inuicem diſtantes ſicut hodie arte fiunt in papiro vel pergameno. Inde per odoriferas et varias gradientes herbas venimus ad quandam maceriam ex luto et arundine cōpactam.vbi erat oſtiolum paruum ſed repagulis et ſeris ferreis firmiter clauſum. Ante quod cuſtodes ſtabant cum fuſtibus et lignis nobiliſſimū balſami ortum cuſtodientes et obſeruantes ne quis illum ingredi poſſit. Ibi iterum nouo dato argento cuſtodibus hoc nos ordine intromiſerunt vt ſex dumtaxat ſimul ingrederentur. quibus egreſſis iterum ſex introirent et ſic cōſequenter.hac etiam cautione data vt nullus noſtrum de ramuſculis aut de foliis plante illius nobiliſſime preſumeret vellicare. Precedente itaq trutzelmanno et ad ſenſum ſingulis demonſtrante vidimus que longe ante de balſamo legimus et audiuimus noſtris in terris. Nam ramuſculū digitis apprehendens cōtra ſolē eum flexit: quaſi circulum faciens.ex qua flexura crepante paululum ramuſculi cortice.gutta quedam clara et craſſa inſtar olei inde ſudauit. qua erumpente tota aeris ſuperficies miro repleba tur odore.et hoc probatiſſimū balſamum erat. Pluries id nobis cernentibus et animirantibus trutzelmannus faciebat.ſed et manum cuiuſlibet noſtrum ab intra dicto oleo vngebat.que quidem vnctio tante erat virtutis et efficacie.q mox manum penetraret et ab alia manus parte ſentiretur. Folia etiam balſami manibus preſſa et ramuſculi dum taxat fricati: cōſimili redolent odore. Porro virgulta balſami vix ad menſuram hominis porriguntur in longum.ſimilia pene illis virgultis in quibus botri creſcunt qui dicuntur vulgato vocabulo apud nos botri ſancti Johannis. Ter autez per menſem decembris ſtipites balſami cultello inſcindunur in corticibus.et ſub ſciſſura vitriola ligātur.in que guttatim oleum balſami de vulnere ſtillat et fluit.et quod primo inde colligitur domino dumtaxat Soldano reſeruatur.quia optimū balſamum eſt.de quo ſi quis alius tolleret morte mox plecteretur. Inde ipe quattuor potentiſſimis regibus ſuis cōuicinis encenia tranſmittit. videlicet magno Cham de cathey.pſbytero Johanni.ꝛſanſa domino tartarorum.et magno Turco. Quod autem ſecundo colligitur et tercio non eſt adeo excellens vt primum.et id venditur Chayro.raro tamen puruz.ſed vel oleo vel aqua roſacea vel alio liquore permixtum. Itaq per ortum illum ameniſſimū tranſeuntes maiorem in modum delectabamur varietate virgultorum.et rapiebamur ex hoc in hoc.ammirantes vehementer tam ſubitam terre illius alterationem. Nam extra ſepem quo villa cingitur matharea omnia ſunt loca inculta.arrida. ſterilia.et ſolis ardoribus combuſta.magno deſerto cōtinua per quod veneramus. Sed ſi quis recte conſideret eiuſdem loci ſitum mox deſinet ammirari. Nam nobiliſſimus paradiſi fluuius Nylus ſue inundationis tempore in matharam vſq contingit et totam terram infundit. et ita

eam reddit fecundam. nec dubium quin fons beate virginis ortum irrigans predictum ex nylo per occultos terre meatus originē sumat. Est autem nylus qui et gyon. fluuius mesopotamie de paradiso exiens. Et dicit limatus vel terre⁹ quia turbidus est et limo sus. Oritur autem nō procul ab athlante et circumit terrā ethiopie. et descendit per egyptum irrigans planiciem eius. Unde dicit Hieronymus super Amos. superverbo. de fluet quasi riuus egypti ꝛc. Nylus dispositione dei totam egyptū semel in anno irrigat. cumulis arenarum claudentibus ostia eius ne defluat in mare. Post irrigationem autē solutis cumulis redit in alueum suum. et sic tandez mare ingrediens a mari absorbetur. Hic fluuius nutrit reptilia multum nociua et venenosa. sicut cocodrillos. et bestiolam que dicitur Enidros. de qua Isidorus libro. xij. ca. ij. Enidros inquit est bestiola ex eo nuncupata q⁹ in aquis versetur et maxime in nylo. que si inuenerit cocodrillum dormientem. volutat se in luto primo et intrat per os eius in ventrem et carpit omnia interiora eius et sic moritur. Dicit etiam glosa super. xxij. cap. Ecclesiastici. q⁹ gyon qui et nylus fluuius turbulentus est et multum cōtrahit limi. vnde limositatis ratione quam secum ducit. terram per quam ducit frugiferam etvalde fertilem facit. Hec glosa. Cōstat nimirum q⁹ tota terra egypti de se sterilis est ꝛ infructuosa. sed nylus eam preterfluens nō modo vnda sua perfundit sed et secū nobilissimā glebam de paradiso defert quam terre sterili superfundit. in cuius rei signum et euidens testimonium aqua nyli nō nisi turbidissima aduenit egypto. qua decrescēte terram quam operuerat derelinquit terra aliena pingui et optima coopertam. de cuius seminali ratione nobilissimi generantur fructus. Et qui vt dictū est vltra sepes matherec nylus nunq̄z redundat ideo vltra eam locus est desertus. intra vero eam locus paradisee voluptatis.

De ingressu ex Matherea in Thayrum.

Hitur cum predictiviridarij amenitatē perlustrassemus. adueſperascente iam die exeuntes matheream cum trutzelmanno versus Thayrum properabamus. habentes a dextris ortos pulcherrimos varijs arboribus cōsitos ꝛ fructibus cumulatos. in quibus palatia in castrorum moduz videbantur exstructa ita q⁹ Thayrum ciuitas in matherea pene initium habere videretur. eo q⁹ orti illi cū domibus a mathera cōtinuo vsq̄z in Thayrum protendunt. a sinistris autem nō nisi sterilem vidimus terram quam nyli excrescentia nō attingit. a dextris vero per ortos predictos in modum maris se effuderat. ita q⁹ arbores et edes in aquis stabant. Clara igitur adhuc die Thayrum sumus ingressi. sed priusq̄z ad hospicium veniremus ob longum vrbis spacium et iter magnum profunda iam nox erat ꝛ tenebre ingruerant ita q⁹ nō absq̄z multis angustijs et laboribus ad domū ipius qui nos a longe precessit trutzelmanni peruenimus. per vicos longos populosos et artos ipm sequentes. graniter a paganis vexati tracti et inclamati. Tandem in suam receptos curiam trutzelmannus noster in palatium quoddam pulchruz et precioſe pictum ac stratum nos introduxit. vbi noctem egimus illam. Mane autez facto distinctas nobis cameras assignauit in quas res nostras intulimus. Et quanq̄z melius apud alios fuissemus hospitio suscepti ꝛ tractati. tamen eius absq̄z graui offensa inde exire nō satis honeste poteramus. Fuerat autem ipe trutzelmannus noster iudeus natus sed relicto iudaismo ad baptismum conuolans factus fuerat christianus. Demum etiam fide nostra abnegata apostata factus est et mammalucus. et ita a Soldano officijs exaltatus prediues ꝛ prepotens euasit ex pecunijs iudeorum et christianorum quorum protector et ductor a Soldano est cōstitutus. a quibus et pecunias per phas et nephas cū dole et fraude extorquet.

Porro cum die illo in hospitio prefato essemus. varie ad nos bestie monstruose adducebantur per mauros de castro domini Soldani pro spectaculo. de quibus breuitatis gratia supersedeo. Et ne tedio afficeremur ipe hospes et patronus noster predictus ad habitacula domus sue nos circumduxit. ostendens nobis vxores suas duas et cunas

ebas earum. paramenta quoq; bellica et arma. sellas ac frena equorum deaurata et domus omnis sue ornamenta varia et preciosa. Habebat autem bestiam quandam inclusam. que vexata materiam quandam egerebat redolentem per omnia in modum muscique nō venditur nisi equali pondere aurum remetiatur.

Tandem die sequenti que fuit decima octobris feria scz sexta quam celebrem habēt sarraceni. festiuantes in ea: domum exire nequaq; poteramus. Quo in tempore christianꝰ quidam ferreis cōpedibus vinctus ad nos accessit elemosynā et pecuniā aliquam a nobis mendicans pro sua liberatione. Nam duos in Alexandria pueros a quodam emerat mauro. qō quia cōtra legē mahumeti est. accusatꝰ de hoc. biennio in carcere fuit ob id detentus. Eodem serō cum sol occasum peteret permittente hospite nostro ex sublimioribus domus locis festa vidimus sarracenorum. Habebant enim tunc solenne ieiunium quod per mensem integrum octobris singulos per annos obseruant. Est autē ieiunij eorum ritus iste. Per diem totum a solis ortu vsq; ad eius occasum nec comedūt nec bibunt. sed dormiunt et requiescunt. Hora autem vt sol occidit multa accendūt luminaria in turribus muschearum suarū et clamoribus ac vocibus altissonis fidei sue pronunciant professionē. quo facto incipiunt crapulis et comessationibus se replere. et luxurijs ac superstitionibꝰ insolentijsq; multis vacantes. noctem totaz ducunt insomnē discurrentes etiam per ciuitatem cum tabulis ligneis clamoribus et vlulatibus sonitū faciunt et strepitum multum. vt si qui somno forte fassis grauentur per hec excitentur ad ingurgitationes et insanias suas solitas. Et hoc per singulas noctes huiꝰ mensis octobris faciunt. seruata tamē differētia secōm sub et supra fm q; dies magis vel minus ab eis habentur solennes. quo enim festum maius eo nocturna dissolutio maior. Hec videntes ammirabamur. precipue de tot mille turribus et lampadibus innumeris quibꝰ singule turres tribus per circumitum ordinibus illuminate decorabantur et resplendebant. Nam et vrbs tota a luminaribus turrium instar clare diei illuminabatur. Siquidem qui inter sarracenos locupletiores ceteris sunt. in testamentis suis bona sua p huiusmodi luminaribus siue lampadibꝰ augēdis z multiplicādis. edificandisq; muschis et turribus et nutriendis his qui in eisdem sic clamitent. legare solent et cōtribuere. sicut apud nos diuites. ecclesias fundant et missas.

Die. xi. octobris plures ex mammalucis venientes ad nos querebant si quos forte cōpatriotas siue cōterraneos inter nostros inuenissent. Inter quos vnꝰ dumtaxat alemanus erat ex Basilea natus. Plures autem vngari viri graues et persone egregie ad dominū Johannem archidiaconū et canonicum ecclesie Transiluanensis venerunt. virum religiosum et doctum. cōuersatione q; benignū et iocundū qui multa apud illos bona, operabatur suo hortatu et exemplo. Nam plures eorū data fide in manibus eius iurauerunt q; q; totius ad sancte matris ecclesie sinum redire et super apostasia cōdignam agere penitentiā vellent. Ipe etiā matrimonia eoz more sarracenico cōtracta sacramētali ritu rectificauit. et infantes quosdam baptisauit. Hec autem omnia clam in domo cuiusdā vngari fecit. qui habitū officium z nomen pferebat mammaluci. sed reuera nō erat. neq; enī fidem abnegauerat neq; circumcisionē acceperat. sed coram gerebat fidele sub sarracenica veste. cuius rei Soldanus ipez duo alij de curia erant cōscij. sed ppter viri probitatē quia in armis strennuus erat et corporis robore et animi magnitudine prestans. hoc ipm celabant. scientes pcerto ante eum morituru q; negaturū fidem. vnde et Soldanus sibi et quibusdā alijs bonis viris per litteras p uidit. vt ipo mortuo a seruitute qua Soldano p tempore obligantur seruire: sint penitus absoluti. Is prefatus mammalucus humaniter se nobis exhibens ob gratiā memorati domini Johannis ad multa nos loca per ciuitatē circumduxit z secretiora pleraq; ostendit. Paucos ibi vidimus mammalucos qui non dicerent. verbis saltem. ad sanctam ecclesiā catholicā se reuersuros. quin et ipse patronꝰ noster pluries asserebat suā se velle perfidiam deserere. et redire ad christianismū. nam et ambe sue vxores erant christiane. et guuli baptisati. Id enī certuz habeō q; oēs māmaluci pueros suos masculos

faciunt baptisari. nõ ob id quidem (multorum opinione) vt pueri salutem cõsequantur animę. neq; vt in fide christiana perseuerent. sed vt in paternis bonis et officijs fiant successores. Nam abolim omnia mammalucorum bona dum rebus excedunt humanis: Soldano cõfiscantur. nec potest quispiam sarracenus vel more sarracenico natus. puta nõ baptisatus. fieri mammalucus. iccirco mãmaluci filios suos baptisatos mox vbi discretionis annos attingunt. Soldano sistunt: pollicentes se fidem christi abnegaturos si paternis bonis et officijs succedere sinantur. Quo admisso fidem abnegant. et in locum patrum surrogantur. quod alias nequaq; fieret si ab vtero in mahumetica perfidia nutrirentur. Esto q; ita sit. bonum tamen est nomen saltem christi et sacramentorũ eius vsum. inter gentes remanere. affectumq; in eis foueri ad ritum natalem. Indubitatum enim est mihi q; si puri sarraceni terris illis dominarẽtur. locus nobis christianis latinis et accessus ad loca sancta transmarina minime pateret. ob implacabile eorum in nos odium et inexorabiles inimicicias. quibus nobis sunt infesti. sed quia Soldanus ipe et omnes sui curiales et armigeri atq; prefecti locorum sunt mammaluci. protegimur ab eis.

Die. xij. octobris audita missa (Nam dominica vicesima post octauas sancte trinitatis currebat) didicimus quodam nobis referente q; galee venecianę in portu existentes Alexandrino. speciebus aromaticis onerarent. atq; ad celerem pararentur recessum. quo ex rumore plurima fuimus affecti iocunditate. q; in eisdẽ galeis repatriare sperabamus. Eodem die post cuiusdam adducte bestie quam coppinum nominant ludum visu mirabilem. tres christiani captiui et pene nudi vincti cathenis. lamento miserabili suas deflentes calamitates. elemosynã a nobis precabantur. Hanc enim sarraceni discretionem suis obseruant cum captiuis. q; tribus in septimana diebus eos ex suis emittunt custodijs. cathenis vinctos. et per vicos populosos et curias mactos pro petenda elemosyna circũire permittunt: sub manu custodum. et quicquid ibi acquirunt id teneret in cibos expendere. vel etiãinde se liberare et redimere sinunt.

Adue sperascente iam die cũ tempus sarracenice comessationis et dissolutionis incumberet. omnis hospitis nostri familia insanire cepit. et cantare et corizare. et cum instrumẽtis musicis ludere. ipe quoq; patronus cum duabus suis cõthorazalibus cultu meretricio exornatis. vna cum cõcubinis et ancillis. accensis candelis. lectos nostros circũierunt. vt risus et leticie materiam et causam acciperent ex nobis. vnde et noctem illam habuimus opido inquietam propter clamores et insanias sarracenorum cum strepitu et impetu per vicos et plateas currentium et vlulantiũ in turribus. vt illo in tempore moris est sui vsitati.

Die. xiij. sumpto prandio in partes nos diuidentes. tres aut quattuor simul et non plures. vicos intrauimus mercatorum. vbi tantam vidimus hominum multitudinẽ. tantaq; erat pressura sicut esse solet Rhome ad sanctum Petrum in anno iubileo. et tot venditores et emptores q; visu mirũ: et pene incredibile est auditu. Neq; arbitror tã populosam tam grandẽ tam prediuitem atq; prepotentẽ hodie sub celo esse ciuitatem. sicut est ista Chayrum babylonica. Ibi armis et pannis sericis cõparatis et bestijs quibusdam monstruosis: in forum venimus vbi homines sicut bestie vendebantur. et cõpatiebatur anima nostra parvulis ibi sedentibus qui suam venditionem expectabant. Tunq; mammalucus qui ductor noster erat hinc inde nos circumduceret. venit mercator quidam inquirens ab eo quanti precij schlaui illi essent quos sic circumducebat. Ad quod mammalucus ipse subridens parui inquit sunt precij homines illi in foro isto. cito autem ad aliud ducentur forum vbi incõparabiles erunt. Neq; tamen ad hec verba emptor ille desijt. sed pro persona qualibet decem obtulit ducatos mammaluco: donec tandem cõperit eos nõ esse venales.

Die vero. xiiij. summo diluculo venientes duo mammaluci a patrono nostro cõducti. ẽm numerum personarum asinos et mucrelos (id est asinozum ductozes) dispositerant. vt nos per vrbem ad loca quedam ducerent videnda. Igitur egressi hospitiuz transeuntes per vicũ vnum et per vetustissimã quandam ferream portam. venimus ad populosissimas plateas: vbi post multas derisiones et acclamationes probrosas. occurrerunt nobis homines multi miseri et miserabiles. cathenis inclusi simulq; colligati. elemosynas a nobis postulantes. Inde per numerosos hominũ cuneos penetrantes. in locum quendam venimus vbi supza modum cõpressio hominũ magna fuit. Nam barbarus quidam mercatoz vtriusq; sexus homines plurimos habebat venales. ita leui precio et exiguo ac si fuissent res furto ablate. et pro illis emendis tanta cõfluxerat hominũ multitudo. Inde pulchza quadam platea pertransita. vbi multe edes alte ꝛ noue circumstabant (nã locus ipe quinquennio dumtaxat euoluto desertus factus fuerat et arundinibus plenus nunc autem dictis edificijs decozus) ad sinum quendam nyli venimus. in cuius litoze schlaui multi de luto paleis resperso lateres cõficiebant et confectos soli exponebant coquendos instar filiozũ isrl qui in luto et latere pharaoni seruientes in egypto. tandem propter onera clamauerũt ad dominũ. qui misit eis liberatoẽ seruum suũ moisen.
Ibi etiam locus ille fluminis quondã fuisse videbatur vbi moises ipe infantulus in carectam ripe fluminis stante procul sozoze eius et cõsideranti euentum rei fuit piectus. et tandẽ descendente filia pharaonis vt lauaretur in flumine. gradientibus secum puellis per crepidinem aluei in viscella cirpea fuit inuentus in papirione. vt habetur Exodij. Ibi nanq; erat pons arcuato opere factus per flumen vbi egyptij mares hebrzeozum iuxta preceptum pharaonis ,pjciebant in aquam. vt habetur in dicto capitulo.
Inde ad maceriam orti cuiusdam ascendimus vbi quondam arboz ingens stabat sub qua virgo Maria cum puero Jesu fertur quieuisse. quam arbustam et christiani et sarraceni multum venerabantur. sed suspẽsis in quibusdã seditiosis moz arboz aruit ruitq; solotenus. In cuius rei memoriã sarraceni erecta ibi columna lapidea. factum hoc aureis in ea litteris scripsere. Hinc ad stationem nauium multarũ in nylo profundo et lato venientes. maximã circa illas vidimus negociationẽ.

De Babylonia egypti.

Tandem per quasdam vetustissimas et spissas valde horribilesq; portas intrauimus babyloniaz. Sed hec babylonia nõ est illa que fuit secus fluuium Thobar. sed dicitur babylonia egypti. que paruo diuidit interuallo a Thayro. ita q; nõ duas faciunt ciuitates sed vnam. cuius pars altera dicitur Thayrum. altera Babylonia. et ipa tota nomine cõposito Thayrumbabylonia appellatur. et creditur q; olim fuerit nuncupata memphis. deinde Babylonia. et tandem Thayrum. quod interpretatũ idem est q; cõfusio siue babylonia.
In hac babylonia ante tempoza Pharao rex egipti morabatur in ingenti palatio. qõ hodie penitus est desolatum. Ibi etiam tunc temporis metropolis egypti siue ciuitas maioz erat vt ex ruinis eius potest cognosci que hodie videntur.
Transeuntes autem per vicum longum ad cuiusdam ecclesie fozes deuenimus. quam christiani possident de cingulo siue cinctura dicti. qui sunt de fide sancti Pauli. Ingressi autem ecclesiam descendimus in criptam sub chozo. et ibi asserunt locum esse vbi virgo gloziosa Maria cum puero Jesu et Joseph sancto. septennũ spacio manens latitauit. Inde ad quattuoz leucas alias ecclesias quas christiani orientales tenent ducebamur. in quibus aliqua sanctozum cozpoza requiescunt.
Inde per multa procedẽtes loca de quibus mira ferebantur. tandẽ ad radices montis venimus. super quo castrũ Soldani est situm. vbi plurimos habuimus obuios mam-

malucos qui de exercitio suo solito reuertebantur. Nam singulis diebus vel ad minus ter in septimana. exeunt mammaluci curiales in planiciem sub montibus et ibi se in bellicis exercent rebus. ascendunt etiam in saltus et loca altiora. actus militares agentes vt nō modo in vallibus et planicie. sed et in montibus et collibus seipos et equos suos exercitent ad pugnam et cursum ⁊c. Multos ibi vidimus decoros iuuenes candidos et rubecundos. similes nobiliuz patrie nostre filijs. Ararqz numerus mammalucorū tūc temporis ad. xxij. milia. qui numerus vt cōmuniter cōtinuatur. succedentibus vt dictū est filijs in loca patrum. suntqz vt in pluribus mammaluci illi de schlauonia. albania. zirkassia. et italia. perpauci vero de alemania. Hi nos pacifice pretereuntes nullam nobis molestiam intulerunt.

De cōtemplatione Chayri ex monte.

Quum autem preteriissent. ciuium montis ascendimus per viam satis periculosam. nec manere in asinis poteramus propter precipitem ascensum. Tandē multo labore in cacumen venientes. mox oculos cōiecimus ad ciuitatem cōsiderandam. que profecto magna est. et dicitur hodie esse maior ciuitas in orbe. Quidam enim qui id certum habebant assereb ant eam in latitudine duodecim milia centum septuagintaduos passus habere. in longitudine vero quindecim milia centū et septem passus. Dicitur etiaz q numerus parrochiarū siue vt aiunt cōtratarum in ipa vrbe. ascēdat ad vigintiquattuor milia. Verum ex illis nō nisi quattuordecim milia huiuscemodi cōtratarum portis ecseris singulis noctibus clauduntur. Castrū vero Soldani tantum in magnitudine spacium occupat cum sua circumferentia. quantū fere oppidum Ulmense. vel pars altera oppidi Nurenbergensis. ita q eques sub quattuor horarum interuallo sine intermissione faciens iter. longitudinem ciuitatis forte posset transire. ipam vero totam per nouem vel decem horas circumire. Nam latitudo eius in pleriscz locis dimidie leuce germanice occupat spaciū. in pleriscz plus. Muschkeas preciosissimas et plurimas cū turribus valde altis habet. et credo q Rhome nūcz tot fuerint ecclesie: sicut ibi sunt muschkee. oēs ex marmore polito fabricate. Ita proch dolor sathanas suas ibi synagogas ampliauit et multiplicauit.

Porro edificia in ista vrbe deforis exilia satis sunt et turpia. vtpote ex luto et latere exstructa. sed deintus comptius disposita sunt et ornata. mansionibus et habitaculis pulchris distincta.

Preterea populosior est ciuitas illa cz alia vlla sub sole. creditur cz q tota italia vix tanto abundet populo vt vrbs hec sola. Nam longe plures in ea sunt homines qui ꝑprijs carentes domibus dormiunt sub diuo cz sint venetijs habitatores. Audita refero. neqz enim ipse numerauj. Nam et iudeoruz supra. xv. milia ibi dicebantur habitare. omnes artificia exercētes: vel mercationibus vacantes. Regitur autem ciuitas ipa Chayrum et administratur per regem Soldanum. post quem secundus in ordine amiraldus semper appellatur. post illum vero tercius diodarus. et hi tres toti presunt paganismo. residentiam tamē faciunt in Chayro. Unde officiales et prefecti in omnia loca. prouincias et ciuitates paganorū ex mammalucis transmittūtur. Hoc etiam certum habetur q abolim quidam ab oriente et occidente magno et excellenti ingenio viri. ad illam ciuitatem ꝑuenere. vt mira et magnalia que de ea audierant ibi viderent. Nam pitagoras platoqz suis relictis sedibus. in egiptum laborioſissime migrauerunt. vt memphiticos audirent et viderent vates. Apollonius quoqz siue ille magus vt vulgus loquitur siue philosophus vt pitagorici tradūt. post lustratū orientem vt testatur Jeronymus. tandem egyptum intrauit vt famosissimā solis mensam videret in zabulo que in Chayro creditur in templo solis stetisse.

Perspecta omni ciuitate Chayrina. ad nylum fluuium nos cōuertimus contemplandum. qui eo tempore totum territoriū sua excrescētia et inundatione

operuerat.ita ꝙ maior pars Chayri in vndis stare videbatur. Est autē nylus paradisi fluuius maximus et nobilissimus.qui in tres diuiditur partes principales.et in tribus distinctis locis influit in mare.cuius vna pars tantū secus Chayrum et Babyloniam decurrit.veniens per terras presbyteri Johannis.fluui⁹ iste in suo descensu sub Chayro adhuc in duas diuiditur partes.quarū vna ad sinistram preterfluit Aloy et Rossetū ciuitates duas. Alia vero ad dexteram currit per damiatam ciuitatem magnam mariti mam.et est quelibet harum partium seorsum multis in locis rheno maior ⁊ spacioſior. Aqua huius fluuij semper est turbida instar tyberis in Rhoma.sed vbi ad modicum tempus steterit fit clara dulcis et suauissima. Preterea nylus vbiꝙ piscib⁹ copiose abun dat.nec creditur ꝙ in hoc parem habeat aquam in toto mūdo. Sunt in Chayro plus ꝙ octo milia hominum.qui se illarum aquarū circumductione nutriunt et vendicione. Sunt et profunde in ecclesijs et muschkeis fouee.quas dum nylus intumescit aquis replet.que purificate egris datur in potu.et inde plerumꝙ curantur. Sunt etiam plu rimi ibi cameli ad hoc solum deputati.vt aquas de nylo ad perfundendum vicos com portent.ne puluis ex frequenti hominum deambulatione nimium eleuetur.et ita impe dimentum prestet negociantibus. Nam vbi huiusmodi nō fit perfusio eleuatur puluis in altum velut fumus magnus et densus.et vix discerni potest an fumus ille ex igne ge neretur.vel puluere. A multis sepe soldanis per superiora tempora missis viris quibus dam cum nauibus prouisis victualibus: que ad biennium vel trienniū sufficerent.stu dioſe inquisitum est et perscrutatū vbi nylus suam haberet originez primordialē. Sed qui missi fuerant post exactum biennium vel triennium cum etiam vltra indiam longe processissent,redeuntes dicebant se fines seu terminū nyli nullatenus inuenire potuisse. nisi ꝙ ab oriente emanat. Dicebant etiam vltra indiam nullam esse hominū habitatio nem.sed terram prorsus inhabitabilē.et tantum ibi solis esse ardorem ꝙ ferre nequaꝭ potuissent. In hoc etiam fluuio reperitur in india lignum illud pretiosum et durissimū quod albanum dicitur.proueniens ex paradiso per huius fluuij inde decursum siue de scensum. Quascunꝙ terras nylus preterfluit et infundit:fructiferas admodum facit et presertim egiptum.quam nisi iste fluuius irrigaret tota sterilis esset et inhabitabilis red deretur. Super ripam nyli muschkeam quandā vidimus a longe cum cimiterio anne xo.et dicebatur nobis ꝙ in patrocinio siue festo eius sancti cui⁹ in honore ipa est fabri cata.omnes mortui ibi sepulti festo ipo durante egressi de monumentis sine motu et sen su sic stant cunctis cernentibus.et mox euoluta solennitate in suis se recipiūt sepulchris et hoc singulis annis fieri asserebant.nec est adultus aliquis aiebant in Chayro qui id ipm ignoret.nec est dubium quin opere demonū prestigiose id fiat. Lacum etiam quen dam vidim⁹ prope nylum qui per singulos annos instar sanguinis rubescit. in memo riam fortassis illius plage qua omnes aque egipti in sanguinē fuerunt cōuerse.

Ibi etiā vidimus per desertum quasi vsqꝭ ad mare rubrum.sed ⁊ ortum balsami de quo supra in villa matharea. Nam quinqꝭ dumtaxat leucis italicis distat a chayro vel pau loplus. Ultra nylum etiam piramides multas cōspeximus. quas olim reges egipti sua super sepulchra fieri procurarunt.de quibus vulgus dicit ꝙ sint granaria siue horrea quondam ab Joseph ibi pro frumentorum repositione edificata ⁊c. quod hinc falsum liquet.quia piramides iste ab intra nō sunt cauate.

Circa illas autem piramides ingens idolum Isidis adhuc stare videtur.quod quon dam egiptij colebāt. Etiam supra piramides ipas magne et vetustissime cernuntur rui ne.vbi quondam illa potentissima ⁊ nobilissima ciuitas egipti stetit.que centum portas habuit.de qua sanctus Mauricius cum legione tebea fuit. Per nylum etiam ascenden do mox venitur in deserta Aran et Saran et Scithy.de quibus in vitaspatrū sepe mē tio fit.ibiꝙ videntur monasteria hodie desolata sanctorum patrum Antonij.Macha rij. Pauli primi heremite.et aliorum multorum. De his enī locis desertis patres sancti in chayrū veniētes.sportas suas et plectas vendebāt.et inde victui necessaria cōparabāt Alis in locis superioribꝰ annis multi monachi greci morabant.qui calogeri communi

vocabulo nuncupantur. sed hec omnia in dies deficiunt et decrescunt. charitate pristi-
na frigescente. Non longe a monte illo: moisi prospeximus oratorium vbi deum ppha
raone fertur orasse. In eo loco sarraceni muschkeam nunc fecerūt. Rursus in litore ny-
li sursum eundo est regio quedam Gegetha nominata. vbi aues quedaz rare in magno
sunt numero. videlicet psitacus pellicanus et huiusmodi. Simee quoqz caudate et catti
marini ꝛc. et capte ducunt. Chayrum venales in magna multitudine. Capiuntur autē
in septembri presertim psitaci interdū milleni simul. Igitur cum singula hmōi loca de
monte fuissemus cōtemplati. descendimus per preceps viam profecto periculosissimā.
et venimus per multa cimiteria ad sepulturā soldanorū. vbi multe preciose et noue erāt
edificate muschkee. Nam quilibet Soldanus in loco quem elegerit, ppriam edificat
muschkeam. Hodernus quoqz Soldanus cui nomen kathubee ingentem et grandē
iam sibi cōstruxit cum turri polita et alta valde. et circa illam domos magnas cum cel-
lulis multis instar monasteriorū edificauit. quas sacerdotes de lege et ritu Mahumeti
inhabitant ab ipo dispositi. qui nocte et die in muschkea et turri clamare et vllulare nō
cessant iuxta morem suum. vnde et nobis ibi transeuntibus velut canes latrabant. Ab
hoc loco vt bem ingressi magna cum difficultate ad nostrū venimus hospitium. ob bo
minum camelorū equorum et asinorum pressuras. quas pertranseuntes percussi fuim⁹
et tracti. irrisi atqz clamoribus cōtumeliosis lacessiti supra modum. Vidim⁹ quoqz plu
rimas per ciuitatē coquinas per vicos et plateas. quia sarraceni raro intra suas coquūt
edes: sed coctos emūt cibos. Et dicebatur nobis q circiter .xū. milia cocorum essent in
Chayro. quorum multi per ciuitatē cum coquina sua transeunt. portantes supra capi-
ta sua ignem ardentē. ollas bullientes. et carnes in verubus assantes. hoc sepenumero
vidimus oculis nostris.

Die .xv. octobris domi mansimus quiescentes. et quia mercatores quidam ve
neciani q̄ in Chayro erant. auisatos nos fecerāt: vt celerius inde recederem⁹
instetimus apud patronū et hospitem nostrum trutzelmannū humiliter de-
precantes vt nos quātocius in Alexandriam cōduceret anteqz naues venetorum inde
abirent. Habent nanqz veneti semper vnum ex suis in Chayro qui et consul vocatur.
qui pro defensione mercatorū in Alexandria et mercantiarū apud Soldanū laborat.

Die vero .xvi. octobris que erat festum sancti Galli cum esset eclipsis lune. sar-
raceni vlulatu et clamore ingenti omnes excitabant ad superstitiones exercē
das. quibus tempore eclipsis solis aut lune studiosius intendunt. Facto ma
ne castrum domini Soldani cum trutzelmanno nostro intrauimus. vbi mi-
rabilem ordinem et numerū maximū seruorum Soldani vidimus. multitudinē etiam
ingentem equorum et stabula grandia. et habitacula magna. de quibus omnibus tedio
sum esset scribere et forte etiā creditu difficile. Ibi primum vetus illud palatium hodie
desolatum nobis fuit ostensum. quod quondam greci inhabitabant tempore mahume
ti. extructū fortissimis muris et edificijs vt ruine demonstrant.
Inde in aliud castruz quod Soldanus inhabitat processimus. vbi per duodecim por
tas ferreas ingredi oportet anteqz ad Soldanū veniatur. Per has introducti ipsum in
throno regis vidimus residentem in vestitu candido. et plurimos māmalucos in ordi-
ne suo cum multo silentio reuerenter ipm circumstantes. Ibi etiam plures antiqui gra-
ues et maturi viri circa ipm astabant. post modicam horaz egrediente trutzelmanno no
stro et nos castrum exeuntes. venimus in latissimā quandam plateam siue forum am-
plum valde. vbi cameli asini et equi venduntur. quorū ibi tunc maxima copia erat. ade-
rantqz plurimi ex mammalucis qui equos venales cōtemplantur. Tandem cum labo
re domum reuersi quidam ex nostris facto prandio balnea intrauerunt. Sunt nem-
pe precioſa et polita estuaria illis in regionibus et ciuitatibus. Ex vario marmore fa-
cta. seruicia etiam sarracenorum balneatorum satis sunt studiosa. habentqz mirabilem
modum ad rectificandum membra balneantium. quidam vero ex nostris socijs vagā-

tes per ciuitatem in domū quandam fuerūt adducti in qua grandis fornax stabat pluz res habēs ꝓcauitates. in quas certo tempore tria aut quattuor milia ponuntur oua gal linarum. aucarum. anserum. et columbarū. et fimo cooperiuntur. carboneſq; in debita ꝓportione fornaci imponuntur. ex quorum ardore ouа caleſcūt et vitella viuere mox ac pulli creſcere paulatim incipiunt. et ita abſq; incubatione matrū excubantur ſimulq; ſub manu paſtoris ad paſcua ducuntur. vt oues vel ad forum vt ibi vendantur. Et q̄uis id ficticium videri poſſit. tamen reuera ita ſeſe habet. nimirum animalia illa que humana arte et induſtria excubantur. diſciplinabiliora ſunt his que ſm naturā ſue ſpe cici generantur. ſequuntur enim homines ſicut pulli ſuas matres.

Sequenti biduo ad receſſum nos parabamus et interdum ad videndum ra ra et mira hinc inde vagabamur. qui vero ex noſtris Boldanum prius non viderant illo in tempore viderūt. Octo die. xix. octobris que erat dominica xxi. poſt octauas trinitatis. cōuenientibus nobis in vnum vt miſſam in loco ſolito audiremus. ecce due vxores trutzelmanni vt miſſe intereſſent aduenerunt. ad qua rum preſentiā dum trepidaremus q̄ paganas reputauimus dixerūt ſe eſſe chriſtianas de eccleſia catholica. nec niſi in fide noſtra ſe mori velle affirmabāt et ita nobiſcū miſſaz pariter audierunt. Octo! peracto prandio rebus omnibus diſpoſitis ad receſſum. bur ſas noſtras aperientes pro boſpitio pro familia proq; naui ꝓducta. pro aſinis et equis qui nos cum rebus noſtris ad nylum deducerent pecunias expoſuimus non paucas. quo facto precedente trutzelmanno per medium chayri ꝓceſſimus in aſinis cum ſarci nulis noſtris cōtra nylum. qua in via irriſiones iterum et cōtumelias atq; etiam percuſ ſiones ſuſtinuimus nō paruas. Atvbi ad portum nyli applicuimus et paratam ingreſſi fuiſſemus nauē. trutzelmannus chayrinus ad ꝓpria rediens nobis valedixit. et quendā alium ſarracenum doloſum in locum ſuū ſurrogauit. qui nos in alexandriam vſq; con duceret.

De tranſitu ex Chayro per Nylum verſus alexandriam.

Itaq; nauigantes per Nylum biduī ſpacio venimus lento ſatis curſu ad ci uitatem cui nomen Roſſetum. Inter nauigandum autem pertranſito oppi do quod Uoy vocatur. Ab indevſq; roſſetum circumſpicientes delectabi les pulchras et fertiles valde ad dexteram et leuam vidimus regiones: ha bentes ab vna parte Aſiam. ab alia Affricam. Nilus enim has duas mundi ab inuicē partes ſecernit. Oppida etiam amena et villas multas vidimus. terraſq; ortis. agris etvi ridarijs ameniſſimis exornatas. in quibus cannamelle. dactili et alij fructus multipha rij creſunt. quorū ſimiles omnibus illis in terris nō vidimus vſq;. Verum hec ameni tas et vbertas tantuz in illis erat terris circumiacentibus quas nylus extra alueum ſuū effluens perfundere poterat et irrigare. reliqua vero terra ab vtraq; parte arenoſa erat ſterilis et deſerta. Habuimus etiam multas naues obuiam que de Alexandria in chay rum pergebant. et he a ſarracenis funibus ſurſum per nyluz trahebant. quemadmodū naues ex Colonia per rhenū equis maguntiā trahuntur. Alique etiam naues ſpecieb aromaticis onuſte nos comitabantur. vidimus etiā in flumine nyli plurimos cocodril los qui beſtijs. piſcibus. et hominib inſidiant. erātq; aliqui groſſi valde et longi ad ſta turam hominū duoz pertingentes. Aliqui etiam maiores. aliqui vero minores. habēt q; beſtie ille ſordidos et horribiles aſpect⁹. corpus vero duriſſimis ſquamis vndiq; cō pactum atq; cōtectum in modum thoracis. quarū forme ſiue figure alias lacertis in ca pite preſertim caudis et pedibus aſſimilant. Huiuſq; reperiuntur alibi niſi in iſto flumine ſub chayro et nō ſupra. Verū etiam in mari galilee aliquando inueniuntur ſicut et pleri q; alij piſces in iſto flumine abundant. quorum ſimiles prefatū mare galilee habet. qui in nulla alia reperiuntur aqua. Vnde nōnulli opinantur q; cōgregatio aquarum dicti maris galilee partim ex nylo effluat per occultos terre meatus. ſolent naute captis coco drillis pelles detrahere. et eaſdem deſiccatos mercatoribus vendere. qui eas in longin quas ducentes terras. pelles falſo aſſerunt eſſe draconum.

Nota bene

Vidi Crocodilos Romę anno 1603. die Junij. Mothmakes

Die itaq; xxij. octobris illucescente. in ipm portum rosseti applicuimus. nec vl
tra ducuntur peregrini nauigio per nylum nisi vsq; huc vt cōmuniter. et ab
hinc in camelis ⁊ asinis Alexandriā aduehuntur. Quod ideo fieri didicim⁹
ne christiani ostia nyli principalia per que influit in mare possint explorare
aut inuenire. Nam his cognitis et cōpertis a mari magno naues in nylum possent in
ducere et ita egipto nocumēta inferre. Porro anteaq; res nostras de naui deponeremus
intellexim⁹ q; omnes asini et cameli illius oppidi ad quendam vsum necessarium illo
die fuissent assumpti. quo fiebat q; nobis nequaq; seruire poterant nisi in crastino. dice
batur q; nobis q; si die illo tederet ibi nos manere aliam possemus conducere nauim et
inde vsq; in mare descendere. et tandem de mari res nostras alexandriā inferre. quod cū
nobis placuisset cōducta naui alia et sarcinis nostris transpositis de prior in eam ma
gnis clamoribus nauclerus prior impetijt naulum. postulans sibi solui. xxiij. scz duca
tos quod tamen trutzelmanno chayrino antea exsoluceramus. Sed nauclerus cōstan
ter affirmabat nil inde se accepisse. vnde breuiter vt inde recedere et abire possemus nau
lum denuo soluere oportebat. nec est enim ibi christiano peregrino locus vel opportuni
tas iusticiam inuocandi vel ad iudices recurrendi. Nimirum priusq; cōtra nequissimū
illum trutzelmannū chayrinum iure p̄cessissemus omnem nostram substantiā exposui
semus immo et in periculo vite nostre fuissemus nō paruo. ob eius tum potentiam tum
fraudem. Igitur redempti a vexa per datas pecunias per aliud nyli brachium innume
ris laboribus remorum tractu et funium per aliud nyli brachium descendimus in ma
re cursu vltra modum tardo et lento. Inter hec quidam sarracenus per densum lutum
cum lancea ad litus veniens procedere nos prohibebat nisi quilibet nostrum vnum sibi
madinum dedisset. Faciunt autem. xxv. madini vnum ducatum. datis madinis rursum
in litore multum prospeximus populum cōfluxisse et multa hominū tentoria sicut sepe
antea per desertum videramus. Erant autem arabes qui accurrentes funes ex manib⁹
trahentium nauim rapiebant nosq; ad litus tractos cōpellebant iterum aperire bursas
dicentes sui iuris esse q; quicunq; eos transiret aut sponte proprīa aliquid eis exhiberet
aut certe vi eum spoliarent etiam si Soldanus ipe transiret. Asserunt enī arabes se ideo
omnium esse nobilissimos q; spoliis dumtaxat viuunt. et in solitudine morantur. nec ci
uitatem nec villam nec domum vllam habentes sed cum tentoriis de loco ad locū trans
migrantes. Ipis sic muneribus cōpescitis in quandam venimus planiciem vb nylus
ex vtraq; parte alueum suum egressus totam terre superficiem ita operuerat vt quasi ma
re videretur quo accidit q; naucleri pre latitudine et effluentia aque profusi verum nyli al
ueum perdiderunt. a quo longius proiecti in tenuem deuenientes aquam in incertum
ferebantur quousq; nauis terre limoq; infixa mansit immobilis stans aliquamdiu do
nec naucleri in aquam descendentes maximo cum labore nauim a loco propulerunt.
quo facto iterum infixa humo stetit. vnde modo simili amota tandem immobiliter ter
re adhesit. nec aliquo poterat inde labore euelli quo nostro periculo aliarum nauiū nau
cleri cautiores facti. a via ista nostra diuerterunt. Porro vsq; ad solis occubitū ibi ma
nentes nō paruam die illa et nocte sequenti miseriam patiebamur. nullum coctum cibū
sed panem dumtaxat paximaciū vescentes et bibentes aquam turbidam ex nylo. in me
dijs fluctibus diem illam et noctem agentes. In crastino vero diuo munere vento af
flante secundiore impletis velis inde fuimus erepti. et ita vsq; ad ostium quoddam pri
uatum arte factum per quod nylus influit in mare repente eiecti. Tunc; iam pene in li
tus venissemus alexandrinū iteruz nouas exponere pecunias et dare naucleris cogeba
mur. de quibus in cōuentione cum eis mentio nulla fuerat facta. Tandem ex naui in ter
ram descendētes res nostras et sarcinas in singularem reposuimus locum. eo q; super
litus maris multa substantia de speciebus aromaticis erat constituta. et sarraceni circa
eas et camelarij cum camelis res ipsas in Alexandriam ducturi que adhuc ad tria mi
liaria germanica distabat non parua. Porro contentio magna inter camelarios erat.
quis eorum prior suis inueniret res camelis imponendas. Pari modo, de rebus

nostris accidit ferendis. Igitur a mari procedentes versus Alexandriam fertilissima montana palmis repleta habuimus ad dexteram. ad sinistram autem latissimus campum in quo salis fontes siue saline extant. Omnis nanq; aqua tempore inundationis nyli ⁊ excrescentie maris in sal sapidissimū solis feruore decoquitur. Under regio illa tota est alba quia sale vndiq; respersa. Accelerauimus itaq; iter eo q; fame ⁊siti. vigilijs ⁊laboribus affecti. Quippe q; triduo absq; coctis cibarijs fueramus ipo eodem sero alexandriam ingredi sperabamus. Vidimus autez in processu multas veteres structuras siue ruinas. quasi grandis aliqua ciuitas olim ibi stetisset. veni⸗muscq; ad quendam cliuū per cuius crepidinem cum ascendissemus gloriosam ciuitatem Alexādriam sub oculis habebamus. mare magno pro parte vna cinctam. pro alia amenissimis ⁊ fertilissimis ortis circūseptam. Est enim vbera satis gleba. q̄ suo tempore fecūda nyli aqua irrigatur. ibi crescūt musi fructus scilicet dulcissimi quorum similes vidimus in orto balsami in maxima copia. ita ⁊alij fructus varij de pomerantijs lemonijs dactilis cassia citrinis ficubus ⁊huiusmodi. sed pira vel poma ibi crescunt nulla. Sunt etiam in illis viridarijs habitacula hominū pulcherrima pro hominū recreatione facta ⁊c̄. Ibi aues capiūtur quedam candide ⁊albissime q̄ merule nūcupantur. Ibi ⁊ leopardi inueniūtur quos arabes adhuc paruos capiūt ⁊vendunt vnum pro ducato. Igitur cum ad vrbem ipam venissemus portam pri⸗mam per quam intrare volebamus sarraceni clauserunt. atq; nos per totam ciuitatis latitudinem supra fossata ciuitatis circūire coegerunt ⁊id pedestres. ⁊ cum longo ⁊ tedioso ambitu ad aliam venissemus portam. crudeles reperimus exactorem q̄ de hominibus camelis ⁊asinis vectigal graue exigebat. quo soluto intromissi per primam portam altam ⁊ magnam ferreis seris ⁊ ianuis firmatam. putabamus nos in pacemq; ad hospiciū peruenturos. processimus ergo inter altos muros ⁊fortes. ⁊ad aliam portam venimus ferream ⁊ grandem. quam multi sarraceni circūstabant cūq; intrare cum bestijs nostris contenderemus. fustibus nos retrorsum abegerunt. moxq; currentes aliqui primi etiam portam. seris ⁊ repagulis recluserunt. ⁊ reuersi etiam hanc secundā claudentes. nos in medio stare dimiserūt. atq; ita cōclusi inter duas portas altissimis muris ⁊turribus circūsepti sedentes paximates nostros co⸗medebamus. ⁊ aquam que cara ⁊modica nobis erat potabamus. nec aliud quippiaz etiam hac vice habere poteramus.

Horro nocte illa plericq; ex nostris cōperegrinis murum exteriorem ascendentes fortalitia ⁊fossata per circumitū contemplabantur. qui nūquā se pulchriorē aut me⸗lius munitam ciuitatem decoris menibus ⁊firmis. altisq; muris ⁊turribus vidisse affirmabant. ab intus autem non ciuitas sed pene aceruus lapidū videtur plena ruinis ⁊desolationibus. Cum autem mane illuxisset apertis portis pro trutzelmanno nostro Alexandrino nūcium misimus rogantes vt q̄totius aduenientes nos introduceret. qui cum venisset. literam quam a Soldano acceperamus ei dedimus. dominis in porta residentibus exhibendam. quam acceptam. osculato reuerenter sigillo legerunt. lecta vero litera incipiētes a nobilioribus peregrinis vnū post alium nudantes vestibus perquisierunt. inter quos dominus Johannes de Solms primus fuit sic perscrutatus. deinde alij per ordinem. Quicquid autem de pecunia ⁊alijs rebus venalibus apud nos in sportis ⁊ saccis inuenerunt. in locum vnum seorsum deposuerunt. ⁊cum omnia ⁊singula exacte perscrutati fuissent secundū rerum ꝓporti⸗onem pedagiū acceperunt. clericos ⁊ religiosos immunes ⁊absq; theloneo transire permittentes. Nam quicquid infertur vel effertur. decimus de eo denarius exigitur ⁊nemini in hoc vlla fit gratia. Ingressi ergo ciuitatem cum tam miserabiles vndiq; cerneremus ruinas obstupuimus. ammirantes vehementer q̄ tam miseram ciuitatem circūdarent muri tam firmi ⁊ decori. Ducti ita in curiam regis sicilie que ē fonticus cathaloniox. ab ipo curie inhabitatore qui consul cathaloniox cognominat humaniter ⁊ benigne fuimus suscepti. assignatisq; cameris res nostras itulimus in eas. Est autem fonticus domus grandis in qua ⁊negociatores ⁊merces eorū con⸗

seruantur vbi ꝛ forum rerum venalium habēt. Quāuis enim ꝛ veneti in alexandria duos habent fonticos ꝛ ianuenses vnum. peregrini tamen abolim in fontico cathaloniox se recipere consueuerūt. Nam ꝛab eiusdē fontici consule protegūtur trutzelmanno Alexandrino sibi auxiliū ferente. Nox rebus collocatis peregrini nobiles conspectui. Admiraldi. id est prefecti ciuitatis presentandi per trutzelmannū ipsux alexandrinū conducebantur. quos ille pacifice susceptos. benigneq allocutos singulox nomina exquirens. in cartha iussit cōscribi. sicq ad sua redire loca permisit.

¶ Porro quidam ex nostris cōperegrinis facta conuentione cum consule cathaloniensi. cōmensales eius fuerunt. cibo ꝛ potu perparco vtentes apud eundem. qui tamen non nisi argēteis vasis inferebatur. Alij vero cum domino de Holms in sua manserunt camera. edentes ꝛ bibentes iuxta votum ꝛ placitum iporum.

¶ Altera die que fuit. xxv. octobris post auditam missam in capella curie memorate que capellanū habebat sacerdotem religiosum de ordine predicatox. clamor magnus ꝛ tumultus ſtrepitusq populox insonuit iuxta mare vnde exterriti in altiora conscendimus curie loca. inde prospecturi quidnam esset ꝛē. Et vidimus fustes ꝛ gripas cum armatis nauib applicare in portum. quem intrantes bambardarum fragoribus ꝛ clangoribus tubarum populorūq clamoribo aerem replebant. Erant autem sarraceni quendam prepotentē de affrica sarracenū cōducentes qui in mechā sepulchrum mahumeti visitaturus peregrinabatur. In mari autem existentes idez sarraceni inuentam nauem cum. xiij. xpianis rapuerūt. rebusq inter se diuisis ipos xpianos alexandriam vendendos adducebant. Ipos vero sarracenos cum ad litus applicuissent māmaluci alexandrini ꝛ ciues armis decorati de ciuitate exeuntes honorifice susceperunt. ꝛ cum pompa magna ac multis clamoribus ciuitatē introduxerunt cum spolio prefato.

Die. xxvi. octobris que fuit dominica. xxij. post octauas trinitatis audita missa sumptoq prandio domi mansimus quiescentes. neq enim adhuc securе tuteq exire poteramus. eo q trutzelmānus alexandrinus (cui quam tenebamur pecuniam nondū exsolueramus) debitam nobis necdum prestitit tutelam. Qua videlicet pecunia soluta (magna satis) in crastino nos ad portaz duxit ciuitatis que ducit ad mare. ꝛ dominis qui in porta sedebant nos exhibēs. in trandi ꝛ exeundi quotiens liberet nobis indulsit libertatem.

¶ Sequenti die que fuit Symonis ꝛ Jude post diuina celebrata. in eum ducti fuimus locum vbi quōdam erat carcer ꝛ adhuc est. in quo inclita virgo ꝛ martyr sanctā katherina expoliata ꝛ scorpioniboz prius cesa. diebo duodecim sine cibo ꝛ potu māsit clausa fame ꝛ siti cruciada. sed dominus cibum ei per columbam ministrauit. In quo etiam loco regina ꝛ porphirius miles. angelorum viderunt exercitū circa martyrem eam consolantes et ad tolerantiam martyrij animantes vt habetur in eius legenda. In hunc sanctum locum post multos rogatus fuimus introducti. ꝛ vidimus ante dictam carcerem duas marmoreas stare colūnas satis eminentes. ab inuicem passibus. xij. segregatas. super quas horribiles rote seu machine fuerant locate ꝛ posite. quib virgo ipa speciosa debuit discindi frustatim. sed ea orāte cōfracte sunt ꝛ quasi quatuor milia gentiliū inde necati. Eodem etiam in loco quinquaginta illi rethores qui de diuersis vocati prouintijs illo cōuenerunt. in omni sapientia eruditi cum katherina coram cesare disputatorio certamine pugnaturi. quos virgo ipsa sacra. maxima in labijs eius diffusa gratia a deo deuicit vt et responsis deficerent. et se conuertendos ad xpm apertis vocibus exclamarent. Cesar ipe furibūdus igne fecit cremari. sed vestib eorum ꝛ capillis illesis multi crediderunt in xpm.

¶ Inde transeūtes venimus in locū vbi aula alexandri magni ferebatur stetisse. nā hodie in signū ꝛ memoriam eius stat ibi mire altitudinis ꝛ latitudinis colūna ex lapide vno pciosa. capitellum habens acutum que procul cernentib quasi turris alta apparet. Est autem coloris rubei multis caracteribo inscripta. qui veterū litere fuisse pbibētur maior multo ꝛ altior illa colūna que rome ad sanctum Petrum hodie stat

quã dicunt olim ex alexandria iuxta illam'fuisse collocatam ⁊ inde romã translatam
Est ⁊alia foris alexandriam altissima colũna quã pompeyanã nominant. quia eam
pompeius in sui memoriam fieri fecit.quã etiã vidimus in ingressu ciuitatis.
¶ Inde progredientes venimus ad ecclesiam ad sanctam Sabban appellatam edi
ficatam in eo loco vbi virgo sancta katherina ante passionem suam in curia mora-
batur regali.familiã suam defuncto patre Costo rege cuivnica erat gubernans.hãc
ecclesiam'greci monachi inhab..ant.
¶ Locus autem vbi martyr xpi katherina fuit decollata hodie mõstratur extra vr
bem alexandrinã. Suntq; ibi due marmoree colũne magne in eius memoriã quon
dam erecte.fuitq; ex eo loco corpus eius virgineũ angelicis manib; in montem sy-
nai transportatum. Hic locus tempore passionis ⁊ martyrij sacre virginis fuit in-
tra ciuitatem alexandrinam que tũc temporis multo maior ⁊ latior fuit atq; glorio-
sior q̃s nũc sit. Est insuper in ipa vrbe ecclesia ad sanctum marcum dicta.quam Ja-
cobite inhabitant in eo loco constructa.vbi ipe sanctus euangelista perhibetur ha-
bitasse. ⁊sepenumero diuina ibi officia celebrasse. Quãq; em̃ pro sua humilitate pol
licem sibi absciderit vt sacerdotio reprob; haberet tñ dei prevalẽte iudicio ⁊auctori-
tate petri alexandrie est episcopus ordinatus. Hoc in loco missam in pasca celebrãs
fune in collo eius misso tractus est per ciuitatem istam.gratias agens deo. Inde re-
clusus in carcerem a xpo ihu ⁊angelis sibi apparentib; confortatus cum postera die
iterum ad collum eius funem ligarent ac p ciuitatem traherent ait. In manus tuas
domine cõmendo spiritum meum. ⁊ita spiritum reddidit creatori. Hoc in loco a ve
ris religiosis sepultus primũ fuit. sed postmodum apud venecias est trãslatus. Est
⁊ alia ecclesia iacobitarum in alexandria que ad sanctum michaelem dicitur.in qua
est sepultura peregrinor; xpianorum qui ibi manẽtes debitum carnis exsoluũt. Hã
⁊dominus Johannes comes de Solms dominus in Hyntzenberg iunior ⁊ no-
bilior inter nos cõperegrinos dissenteria vexatus cum diem ibi clausisset extremũ:
omnibus deuotissime susceptis sacramẽtis.hac in ecclesia fuit tumulatus. Cuius
transitus ⁊mors profecto merori ⁊luctui nobis multo fuit.
¶ Ostenditur quoq; Alexandrie locus in quo sanctus Johannes elemosinarius
quondam patriarcha alexandrinus. martyriũ suscepit in confessione vere fidei p-
sistens. vt in eius legenda habetur. Sunt preterea in quatuor fonticis xpianorum
in alexandria.pulcbre quedam ⁊ornate capelle.capellanos habentes latinos vel re-
ligiosos presbiteros vel seculares quas intermanendũ ibi sepius visitauimus. Por
ro bis dieb; quib; alexandrie fuimus.multe naues galee ⁊fustes in portum applicu
erunt. multeq; fiebant depredationes. Nam veneti nauem vnam onerariam neapo-
litanam que alexandriam properabat spoliauerunt.eo q̃ tunc temporis graues in-
ter eos ⁊regem Neapolitanum inimicitie ⁊guerre versabantur. Aduenit etiam illis
diebus galea quedam xpianorũ de transmarinis partibus in qua alemani quidam
erant qui ⁊dixerunt nil aliud in sua habere galea. nisi nuces auellanas in valore.x. milia
miliũ ducator;.que in orientalib; non crescunt terris ⁊ proinde care illic habentur.
Ferturq; q̃ vltra centum annos ibi sint durabiles. ita q̃ nec marcescũt nec tabescũt
nec vermib; corrodũtur.quib; tamẽ defectib; apud nos vltravnũ seruate annũ sub-
iacere noscũtur. Illis etiam diebus videntes alexandrini qui per mare vagabãtur na
uem alienam portui applicare. ⁊eam expugnantes ceperunt. captamq; introduxe-
runt in portum victores.spolia inter se distribuentes more piratarũ. Nisi em̃ naues
alexandriam applicare volentes potenter sint armate ab ipsis alexandrinis anteq; in
portum venerint spoliantur.quem cum intrauerint secure sunt q̃diu steterint in eo
Grandis etem̃ est sarracenis cura pro custodia portus illius. vnde ⁊ duos qui intra
ciuitatem habẽtur montes.qui hominũ manib; facti sunt assidue cõscendũt vt ma-
ria contemplentur.longe lateq; inde prospicientes si qua videant vela que mox vbi
viderint Amiraldo denũciant.qui cursoriam emittens nauiculam de cõditione in-
quirit aduentantiũ. Et q̃q; forte creditu sit difficile tamẽ omnino ita sese habet q̃

narrabo. Ipe Amiraldus semp apud se quasdam disciplinatos habet colũbas sic edoctas vt quocũqz perrexerint inde in ipius amiraldi curiam reuertantur. Earum duas aut tres naucleri emissi in occursum naniũ secum recipientes educunt per mare vsqz ad locum in quo aduentantes possunt explorare. vbi mox conscriptam cedulam continentem que scitu necessaria sunt ad collum vnius suspendũt columbe. eãqz sinũt auolare. q̃ continuo volatu ad mensam vsqz amiraldi zedulam afferens quales sint venientes indicat. Qz si post primam emissam colũbam aliud quidpiã amiraldo fuerit significandũ mox secundam emittunt colũbam vel etiam terciam si necesse fuerit. zita longe anteqz naues portum intrent amiraldus de eis ẽ edoctus. dicitur etiam qꝫ alias habet colũbas quas vsqz in Thayrum transmittit ad Soldacinũ tempore quo aliquod repentinũ z arduũ inciderit negociũ sibi necessario significandũ. Porro si naucleri ab ipo amiraldo missi nauiũ conditiones inuestigare nequierint. hoc ipm per colũbas sibi renũciant. qui statim armatas mittit fustes tradens in mandatis vt aduenientes inuadant. depdentur. zspolient. qõ z faciunt nisi eos inuenerint fortiores vt dictum est iam supra.

Je tandem. xxix. ad loca ciuitatis videnda bincinde euagantes. merces p sertim considerauimus fonticoz qui omnes pleni mercib erant. pter solum fonticum cathalonioz in quo nil aliud nisi quidam seuissimus iacebat leopardus fune ligatus.

Preterea sarraceni z xpiani passim in eo pariterqz comedebant z bibebant. Januensiũ vero fonticus domus vtiqz pulchra z magna erat. z multi negociatores z mercꝫ preciose in ea. Inde ambos venetorum perlustrauimus fonticos. zpter merces quas ibi reperimus copiosas. vidimus strutiones in eis grandes incedere. q̃ ferrũ sibi proiectum comedebant. Porcũ etiam ibi veneti nutriebant quẽ solum z vnicum in transmarinis partib illic conspeximus. Multo em magis sarraceni abhominãtur porcos qꝫ iudei. qui nec illum vnũ paterentur viuere nisi ad pces venetoz Soldanus ei vitam indulsisset. Demũ thurcoz intrauimus fonticum. in quo negocian tũ multus erat tumultus. sic z in fontico mauroz z ethiopum. sic z in fontico tartarorum. vbi pter cetera. nobilissimas res id ẽ homines. vilissimo precio vidimus venales vtriusqz sexus. iuuenes z iuuenculas. pueros z puellas. mulieres etiam quasdam qui paruulos habebãt ad vbera pendentes. qui oñes ibi sui expectabant venditionem. z vilissime tractantur atqz turpissime dum ab emptoribus probantur sani ne sint aut egri. valentes aut inualidi z c̃. Denudantur etiam puelle z currere atqz saltare cogũtur. z hũc in modũ varie exquirũtur an sint sine defectu vel non z c̃. Singulis autem noctib omnes fontici per sarracenos a foris claudũtur ne quis ingredi possit vel egredi. sed z his diebꝫ ipi in muschkeis congregantur z quãdo pcipuas habent solennitates. nec sunt in alexandria domus vlle dictis fonticis pulchriores z ornatiores. His perspectis ad mare accessimus vbi magnus erat hominũ conꝫtus circa mercatores qui species aromaticas saccis imponebant. Siquidem dũ in camelis species ad mare de fonticis educũtur nauib inferende. sarracenoz officiales stantes in litore saccos euacuant. pscrutantes ne forte aliquid pciosum inter species absconditũ efferatur. Cũqz ita circa species laboratur pauperes z inopes multi adcurrunt. ea que manus fugerint imponentiũ raptim colligentes. z q̃ furtim auferunt mox in via sedentes vendunt.

Je vero. xxx. octobris due quedam alie veneciane galee venientes de affrica. quas galeas de Traffico cognominant. portui applicuere alexandrino pari modo ibi onerande sicut zille quatuor q̃ ibi erant iam onerate. Eodẽ die tractare cepimus z conuenire cũ galearum patronis. super nostro cum eis recessu. z procerto duriores eos nobis reperimus qꝫ sarracenos. Nam qz sciebant nos cũ eis oportere recedere. multũ nimis z insolitũ a nobis naulũ exigebant. Factumqz est vt in ipa conuẽtione peregrinoz societates ab inuicem soluerenꝯ. illis in istam galeam alijs in aliam se recipientib. nos vero in galea domini capitanei z

dominī consulis venetorū esse maluimus. cuius galee patronus. dominus erat Sebastianus cōtareni. cōtulerunt se quoq; ad nos domin⁹ Johannes archidiaconus transiluanus de vngaria. et frater Felix ordinis predicatorum de Ulma lector. Cōuentione autem facta. pluribus adhuc mansimus Alexandrie diebus. inuiti tamen et coacti. galearum expeditionē prestolantes. quo in tempore dominus in Solms vt supra memini. rebus excessit humanis. cuius sepulture et funeri. debitam ⁊ oportunam operā impēdimus. planctum amarum facientes super eum. Obiit autem in nocte ipa que die precedebat omnium sanctorum. Quo mortuo in eam quam cōduximus secessimus galeam. Alexandriam vlterius deinceps nō ingredientes saltem ad manenduz. sed in galea dormiuimus manducantes et bibentes cum patrono. Persuasum siquidem nobis erat vt octo vel decem diebus ante galearum recessum. clamdestine eas ingrederemur atq; res nostras nō simul et semel sed per partes et diuersis temporibus educeremus. qz per singulas custodias sarraceni de omnibus rebus et personis graue exigunt pedagium siue theloneum. decimū denarium de centesimo iuxta suum cōpotum recipientes. Sunt autem tres custodie inter mare et ciuitatez. Quarum prima est circa portam inferiorem que ducit in vrbez. Secunda vero longe ab ea in exteriori porta que ducit ad mare inter muros ciuitatis. Tercia autem est in litore maris. In his omnibus officiales Soldani. omnes tam intrantes q̄s exeuntes diligenter examinant et perscrutantur. etpotissimum mercatores et merces eorum. Ego vero auxilio trutzelmanni nostri Alexandrini cui nō paucos propinaui ducatos. obtinui q̄ res mee per dictas custodias sine perscrutatione fuerunt educte.

Porro die tercia nouembris ad iussum capitanei galea nostra in altum fuit ducta secus nouum castellum. quia iam naues parate erant ad recessum. vnde omnes peregrini confocij nostri qui adhuc in ciuitate manebant ad suas se presentarunt galeas. que omnes iussu et nutu suo: ex ordine nostre cōiungebantur. iuxta dictum castrum quod profecto egregium est et forte portum cōcludens municnsq; Alexandrinum. Est enim portus ille multum scopulosus. et per scopulos a litore vsq; in mare murus multis turribus preclarus et munitus est deductus. atq; in extremitatibus scopulorum et muri illius. castrum est extructum prefatum in mari. quod modernus Soldanus fieri fecit consilio et industria vsus cuiusdam mammaluci alemani ex Oppenheim dioceſis Maguntine nati. qui iampridem relicto paganismo. ad sancte matris ecclesie sinum reuersus est locuples et prediues.

In portum illum nulla potest ingredi nauis nisi castro huic loco Soldani reuerentiā exhibeat velum remittendo. Verum cum in loco illo cōsisteremus diebus quattuordecim ibi mansimus. longissimas habentes horas et tedio grauissimo affecti. omni quasi momento galearū transitum expectantes. quo in tempore multis fuerunt vexati molestijs galearum patroni. et vnus etiam eorum grauiter vulneratus a sarracenis. multaq; eis euenerunt incomoda. qui post galee eductionem a terra in altum: denuo ciuitatē intrauerunt. Illis etiaz diebus scisma fuit inter patronos alijs recedere volentibus. alijs adhuc manere amplius cōtendentibus. et nisi dominus capitaneus sequestrum se ⁊ medium interposuisset. ab inuicem fuissent diuisi. Obstitit enim nec voluit vt quisq; recederet donec omnes et singuli expediti essent ad plenum.

Igitur cum dies quintadecima nouembris aduenisset: omnibus ad recessum preparatis. prospero flante vento. solutis nauibus. leuatis anchoris. expansisq; velis extra portum euecti. Alexandrinam postergauimus ciuitatez. subtracto litore ab oculis nostris ita q̄ in crastino longius eiecti nullam prorsus vidimus terram vndiq; circundati mari. Erat autem galea nostra cursus velocissimi vnde et alias longe precedebat. Extunc panubus deficientibus alexandrinis. patrimates siue bis coctos cepimus manducare. et quod mirum erat in oculis nostris pisces nobis salsi de danubio videlicet sturiones ministrabātur. sed turci per quorum regiones danubius fluit illos ad terras transferūt sarracenorum a quibus veneti eos emunt. Nauigauimus igitur ex Alexandria p mare

hicarium in mare carpaticum. Unde die sextadecima nouembris optata flante aura ve
loci cursu intrauimus mare creticū. et fuimus die. xvij. illucescente proiectiusq; ad pro
montoria Crete siue Candie. insulam tñ ipam nō sumus ingressi. Ingenti vero fuim⁹
leticia permoti cum huc loci veniss̄emus. pro eo q; iam quinq; ferme spacio mensium
nullas fidelium videramus terras. iamq; nobis videbatur quasi patriam nostram atti
gissemus. cum ipsam fidelem et glorioſam insulam Cretam siue Candiam sub oculis
habebamus. licet longissimis adhuc distaremus interuallis a solo natali. Quippe qui
iuxta cicladas insulas per Hellespontū. et seuissimū mare maleum nauigaturi. adhuc
Achayam. Albaniā. Bardaninem. Corzirū. Illiricum. Dalmaciā. Schlauoniam.
Croaciam. Histriam. et forum Julij ante nos habebamus iuxta earum cōfinia pro
uinciarum viam facturi.

Die. xvij. cum ad latus memorate insule crete veniss̄em⁹. iussit capitaneus cur
sum galee intercipere. velozum remissione. et proiecta schaffa in mare misit. p
physico qui in alia erat galea mandans vt ꝯtotius ad se veniret. Cōsul enim
venetianus grauiter ceperat egrotare. pro cuius cura physicus vocabatur.
Cuius rei gratia inter duas insulas Candiam scz et Nataliam sine prouectione volueba
mur. Ita et sequenti die festo scz sancte Elizabeth instabili vento huc illucq; proiicie
bamur. quo factum fuit q; omnes galee sic fuerunt cōiuncte q; de vna ad aliaz colloqui
poteramus. sed post paululum mutata aura. mare motu inquietissimo feruescere cepit.
nec fuit quicq; in superioribus galearū quod nō procellis vndiq; illabentibus perfun
deretur. et cum sol occidiss̄et. magis ac magis tempestas inualuit. ita q; naucleri et galeo
the infirmi superius sub transtris suis iacentes. nec valentes aquarū incidentiam ferre
perfusionē. magnis apud patronū precibus vix obtinuerunt q; in carinam nauis suc
runt intromiss̄i. vbi species Aromatice et merces alie cōseruabantur. Fuerant nanq; vi
ginti galeothe infirmati in Alexandria de aquis ibi potatis. Nam ciuitas ipa est sub
tus vbiq; cauata et super testudines edificata. Puteiq; excrescente omnis illa cōcauitas
aquis repletur sub domibus neq; sunt alie ibi aque nisi ille de quibus homines z iumē
ta bibunt. et dicuntur aque ille esse infecte et pessime. Inualescente autē vento imber ma
ximus descendit. et cuncta infudit prius intacta. quo accidit q; patron⁹ et alij venetiani
qui hactenus super castellum in puppi manserant ad nos in carinam fugere sunt cōpul
si. eo q; castellum aquis vndiq; replebatur. capitaneus vero et cōsul; in pfunda puppis
camerula. clausis desuper hostijs manserunt. Naucleri aūt maximos per totam noctē
pertulerunt labores. cōtinuis cursibus et horrendis clamoribus. infirmos grauabāt. qui
bus nulla requies erat. sed et sani quidā et valentes egrotare ceperunt inter quos vnus
erat dominus archidiaconus de vngaria. dñs quoq; cōsul magis ac magis cepit deſti
tui. duo vero ex galeothis mortui: nocte eadē in mare sunt proiecti.

Sed illucescente die que erat vicesima nouembris cepit tempestas ipa paulatim decre
scere. ac mare ipm magis magisq; mitescere. Tandem ad quandam insulam applicui
mus cui est vocabulum Hyo. vbi sub castello quod Hyum dicitur fixis nauibus per
iactas anchoras. in barcis egrediebamur ad litus vbi inuentis cōsocijs nostris peregri
nis per montis precipitem et petrosum clīuum ascendimus in ipm castellum hyum. et
inuenimus inter ascendendū tres ecclesias de ritu grecorum. vnam inferius circa litus
aliam in montis ascensu. terciā in ipo castello superius. quas ingressi gratias egim⁹ lau
dantes et glorificantes deum qui nos in terras reduxit christianorū. nihil autem repe
rimus venale ex his que victui erant necessaria nec panes neq; ova ꝛc. Nam qui primi
ascenderant tulerant omnia. Est autem ipm castellum satis populosum hominib⁹. qui
in paruis habitant domunculis quasi tugurijs de fructibus insule viuentes. nec sunt
alij eiusdem insule habitatores aut incole nisi isti de castello prefato. Estq; insula ipsa
feralis satis et pinguis glebe. Est quoq; castellum ipm vetustissimū a grecis quondaz
potentibus pro maris tutela z custodia super abruptas petras extructum. Ex eo enim
per latissimum mare cōtra insulas cicladas et Candiam patulus habetur prospectus.

De crepidine montis aqua descendit clara et dulcis. sed nō multum frigida. in vasculis tamen reseruata statim frigescit. Sub monte etiam riuus quidam dulcem cōtinens aquam per vallem currens illabitur mari.

Cum vero dies .xxi. illuceſceret clamor ingens cuiuſdam lamentabiliter flentis in noſtra audiebatur galea. eratq; vlulatus ille filij domini cōſulis. qui ſcz conſul nocte eadem vniuerſe carnis debitum exſoluens diem clauſerat extremum. hunc nō ſolum filius ſed cuncti qui virum nouerant plangebāt. Juſſitq; filius defuncti patris corpus in terram edoctum poni in cappella que ibi in littore erat. ſuper quod illic poſitum irruens planctuz magnū fecit. quem ſui cōciues a corpore auulſum in galeam reduxerunt. Corpus vero exenteratum lotum. vnctum. et aromatibus cōditum ligneo locello impoſuerūt. pice et clauis bene firmato. ſicq; venetias ad ſuum iam pridem electum monumentū ferebant ſepeliendum. His omnibus cum intereſſemus. certa didicimus experientia. cōfictum eſſe mendaciuz. quo dicitur q; corpus exanime ſiue mortuum per mare nō poſſit duci. et pretextu illius figmenti peregrini etiam nobiles. barones et milites. qui pro tempore in mari rebus excedunt humanis ſtatim in vndas mittuntur nec vel ad terras primas ſinuntur vehi gratia ſepeliendi. Eodem die quattuor mortuos de galeis ſepulture tradidimus in terram que et mater eſt vniuerſorum.

Die .xxij. feſto ſcz ſancte Cecilie virginis et martyris cum ſuſtuliſſemus. in maris magni et ſpacioſi latitudinē vento nō ſatis bono immo aduerſo prorſus incidimus. Qui quidem ventus cōtrarius. verſus Traciam nos impulit. atq; ſub paucarum ſpacio horarum ſi eius fuiſſemus impetum inſecuti. Conſtantinopolim aut Troyam aut Nigropontum. vel altius etiam Athenas mirream et Galathas appuliſſet. vel etiam in pathmos inſulam. Erat quidem ventus ille optimus nauigantibus in macedoniam ſed nobis inutilis prorſus. Donatu ꝓinde maximo ad reſiſtendum tali vento a naucleris facto. Tandem cum multo labore. longe ſub nyo incidimus in portum vnū. deſertum quidē ſed firmum. ſtephanum nomine. et ibi naues ſtabiliuimus. et quattriduo manſimus: tedio grauiſſimo affecti. vento illo aduerſo per momenta ſingula augmenta capiente. Id quoq; preter cetera in malum noſtrū adūcie-
batur q; in nullum caſtellum introire ſinebamur. Audierant enim nō paucos ex galeis vita functos fuiſſe. putabantq; galeas omnes peſte infectas. iccirco nos abhominabā-
tur et prohibebant. ingreſſum negantes. neq; vendere nobis quicq; volebant. non obſtante q; domini eorum ciues ſcz venetiani erant in galeis. Sunt enim loca iſta omnia inſule et caſtella ſub ditione venetorū licet ea per ſe nō regunt. vt Candiam Cyprum et huiuſmodi. ſed alicui greco q; cōmittunt regenda et adminiſtranda ſub tributo. Myria tamē inſula de qua ſupra mentio habita eſt ſub dominio eſt cuiuſdam ducis grecorum qui et Turco tributarius eſt et cōfederatus.. Sunt autem regiones ille aſpere et duriſſime glebe. ſed et aer ſatis incōueniens. Idq; nobis magnopere ibi formidini erat ne forte ibi diutius manere oporteret. quemadmodū Alexandrinis galeis anno accidit ſuperiori. que hoc in loco amplius q; triginta diebus moram facere ob ventorū cōtrarietatem et pugnam in mari cogebantur.

Inde tandem nauigantes in mare maleum mare vtiq; ſeuiſſimum peruenimus. in quo plurima pericula cōſequentibus fuimus experti diebus. que vix vllis poſſent enarrari verbis aut litteris deſignari. Et profecto vt eſt apud virgilium. venimus nymbrorū in patriam. loca feta furentibus auſtris. inter luctātes ventos tempeſtateſq; ſonoras. Ibi venti nutu eoli principis ſui. vt poete fingunt velut agmine facto. Qua data porta ruūt et terras turbine perflant. Incumbuntq; mari totumq; a ſedibus ymis. Una curuſq; notuſq; ruunt creberq; procellis. Affricus et vaſtos voluunt ad littora fluctus. Hoc in genere dicto vt hiſtorie mos geratur nauigatio iſta per mare illud tempeſtuoſum p̄ ceteris periculoſior. et accuratius et latius neceſſe eſt vt explicetur.

Fitur sub diem .xxviij. nouembris mutato vento non quidem in meliorē sed in fortiorem. ferebamur cōtra maleam impetu grandi. ac si vi eam vincere cō tenderemus. Verum tamen gubernatores nostri paruam spem habentes de transitu malee. sequebātur ventum fortune iudicio se cōmittentes. Si enim illa die maleam vicissemus. in crastinū motone fuissemus. et cōsequenter facilem nauigationem per Achaiam. Boream. Illiricum. Dalmaciam. et Croaciam. in Histriam et Italiam habuissemus. Est aūt malea promontoriū grecie asperrimū. quod quinquaginta milia passuum infra mare ꝓtenditur. circa quod vnda adeo seua est: et importune impellitur vt naues pertransire volentes a se repellere ꝛ persequi videatur. Oportet enī nauigantes de macedonia et grecia in achaiam et moream. pertransire ad cornu illi⁹ promontorij quod est multū altum. acutum. et scopulis de profundo maris in altum vsq; ad nubes se erigens. cuius cacumen estate et hyeme est nubibus opertum. tot autē venti in cornu illo conueniunt quod mare cōfusissimum reddunt et nauigationē difficilimā. Dum enim nauigantes cōtra eam per adiutorium alicuius venti vsq; ad aciem perducti fuerint. mox vt prora rostrum ad modicū extendere incipit. afflant aliquando septem aut octo aut nouem venti. qui omnes prora reuersa nauem cum impetu reijciunt. vnde sepe cōtingit ꝙ naues per tres aut quattuor menses in illa parte malee manere cogūtur. Illa difficultas semper fuit ibi.

Unde vetustissimi poete reperiuntur in carminibus suis yronice cōpassi fuisse grecis. pro eo ꝙ cum dijs pugnantes innumerabilē multitudinē hominū perdiderūt. quos si seruassent sufficissent ad hoc ꝙ per medium malee gurgitem fodissent et a supremo vertice rupem scidissent vsq; ad fundū maris et manibus interfectoꝝ cannale et viam nauibus fecissent ne in perpetuū nauigantes tantū laborē et tantā temporis perditionē paterentur girando maleam. Et profecto si mons malee esset per mediū diuisus. multo citius redirent naues de oriente in occidentē. et de Asia in Europam. nec potest fieri nauigatio nisi quasi ad cōtactum cornu malee. cū reliqua maris latitudo sit tota scopulis plena. Dictus est autē mons ille malea a malco rege tirrenorū. qui tubā eneam primus inuenit et in montanis illis degens piratica cede mare infestabat. Fecitq; in monte templum appollinis: et montē suo nomine nuncupauit. Nunc vero dudum destructo templo appollinis in cornu malee edificata est capella sancti Michaelis. vnde et vulgares cornu hoc alam sancti michaelis nominant. et opinantur ꝙ sanct⁹ michael ala sua ventos cōcutiens stans supra cornu. naues dum sibi placet repellat. Iccirco marinarij in victoria malee laborantes. orationes ad sanctū michaelē faciunt et vota vouēt vt dignetur alā qua ventos mouet et mare cōcutit retrahere. quaten⁹ possint transire.

In radice malee est ciuitas que Malfasia dicitur. iuxta quam crescit precipuū vinū qō nominant malfaticū. et ab hoc vino transtulit vulgus nomen in vinum creticum. quod nunc per mundū dicitur malfaticum. quod tamen non est de malfasia sed de Creta vel Candia vel motona. Cauent autē nauium gubernatores ne ad malfasie portum applicent. quia dicunt pessimos grecos ibi habitare. ideo potius fugiunt naues reuerti ad insulas cicladum per multa maris spacia. et dicunt ꝙ a malicia hominū montana dicantur malea. Igitur cum tota die cōtra maleā nauigassemus et cornu eius attigissemus repente retrusi sumus et adeo impetuosi reiecti ꝙ tota classis fuit dissoluta et nulla galea mansit cum alia ita prope vt posset aliam videre. et cum hoc seuissimā tempestatē passi sumus ita ꝙ galestroli cogerentur vela tempestatibus apta appendere.

Verum die .xxix. iterum cōtra maleaz ire tentauimus licet ventum nō nisi pro sex pannis accatonis habuerimus exiguum. nobis autē cōtra maleam ꝓperantibus aduolabāt etiā alie galee cōserue nostre quas perdideramus. Dum autem aduesperasset prope promontoria fuimus et cōtra cornu velocissimo cursu properauimus. Sed cum iam aciem attingere vellem⁹ et magno conatu vna galea post aliam in suo ordine pertransire satageret. ecce ventus cōtra nos erupit ꝛ primas

galeas rapuit et impetuosissime retrusit cõtra sequentes que accedebant. fuitq; mirabile visu et nõ expertis incredibile q; naues in eodem freto lateraliter iuncte cõtra se procedebant agitate cõtrarijs ventis. ille cõtra maleã pleno velo vehebantur. alie a malea inflatis velis ecõtrario redibant. et circulum cum nauibus fecimus sicut solent circumire cozisantes. Reiectis ergo omnibus galeis in freto inutiliter retro maleam iactabamur. arte obsistentes ne ventus nos in cicladas insulas reportaret et ita diem fieri prestolabamur.

Die. xxx. que erat Andree apostoli et dominica prima aduentus. surrexit ante lucem ventus omnino nobis cõtrarius et fortis. Quod videntes gubernatores nostri et de transitu malee desperantes. cõmiserunt vela ventis et iactati sumus cõtra aquilonem grandi impetu iterum in insulas cicladum longius a malea q̃ sit a colonia vsq; venetias extra viam nostram. et intrauimus per scopulos et rupes festinantissime vsi cautelis et ingenijs multis.

Porro per quoddã cannale angustum et strictum ingressi in portum latum et securum ac montibus altis munitũ incidimus in radice insule milo dicte naues stabilientes. Reperimus autẽ in ipso portu quattuor onerarias naues venetianas que venerant de syria. et in barutho capadocie onera susceperant mercium. Hi autem qui in nauib⁹ illis erant cum classem nostrã vidissent ingredientẽ ad se. cõcrepabant tubis buccinis et timpanis cẽ. et emittebant bombardarũ iacta sperica contra montana cõclamabantq; in vnum vocibus altisonis. pariformiter et nostri faciebant in signum leticie et iocunditatis. et videbatur mare et terra moueri a' sonitu bombardarũ et clamantium et buccinantium. Classis illa de Syria sicut et nostra multis diebus laborauerat in transitu malee: sed inuanum. Fuerũt etiam ibi alie naues que de malea in hunc portũ fuerãt ꝓiecti.

Prima decembris augmentati sunt venti cõtrarij et disposuerũt se omnes naues ad tps manere in portu illo. Eodez die misit capitane⁹ nauiũ syrie nuncios per omnes galeas. et inuitauit ad prandium alios capitaneos et patronos et omnes principales officiales nauiũ et gubernatores et dominos. et instaurauit grande cõuiuiũz extra galeam in litore maris. Descenderunt ergo in terrã tres capitanei scz capitaneus nauiũ Alexandrinarũ cum suis tubicinibus. qui sub se habuit quattuor galeas oneratas preciosis mercibus et bene armatas. Capitaneus item nauium de syria cum suis tubis. qui etiam sub se habuit quattuor patronos quattuor galearũ. Capitaneus quoq; de Affrica aliter de Traffica cum suis habens sub se duas galeas armatas et oneratas. Isti inquã tres capitanei cum decem patronis et omnibus nauiũ nobilib⁹ dñis et officialibus ad tabulas paratas in litore cõsederunt. Post epulas diuersis exercitijs et solatijs varijs in litore colludentie pulchrũ cernentibus spectaculum prebuere. Erant autem in illis decem galeis vt opinor vltra sex milia hominũ quorum maior pars in litore solatij et cõuiuij causa cõuenerat.

Die illa adue sperascente singuli in singulas galeas suis in scaffis ascenderunt et mansimus in illo portu per dies aliquot.

Die quinta decembris facta tranquillitate classem soluimus et tractu remoruz naues passim omnes educebantur. quia nõ erat tũc ventus sed bonatza id est tranquillum. Sic enĩ a nautis maris tranquillitas appellatur. Vnde oẽs deum precabantur pro felici transitu malee. Mestista vero quidam ita exorabat. Ach pater omnipotens tantis miserere periclis. Atq; tuis thesauris ventos dimitte secundos. Igitur cum de scopulis ad mare latum veniss̃emus surrexit ventus lateralis pro transitu malee inutilis prorsus. processimus tamen contra maleã cum tota classe. sed facta nocte inualuit ventus nimis cõtra nos et tenebris ingruentibus facta fuit seuissima tempestas. Et mare eleuabat sine cessatione supra galeam. Eleuauerunt se flumina. eleuauerũt vocẽ suã mirabiles elationes maris. mirabiles prsus. Incidebãt pinde aque supra' modũ. ita vt audẽter diterim q; in illa nocte vltra centies fluctib⁹ inuoluti fuimus et vndis operti penit⁹ nõ quidẽ ꝓtinue sed subito nauis operitur et in ictu oculi transit

Omnia autem superiora galee in aquis natabant. Et ipi marinarij tota nocte in aquis currentes vela crebro mutabant.

Porro tempestate illa durante cum naues abinuicem longius essent seperate vna vi ventorum acta ad latus nostre galee grande impetu impegit vehementer. barcamq; collateralem dirupit penitus et destruxit nostra vero coquinam fregit eius et omnia que in ea erant.

Quantum autē terrorem cōtractus ille galearum nobis omnibus incusserit. q̄tus strepitus fragor et clamor et angustia fuerit nō facile explicari potest. nos enim qui inferius eramus in carina omni momento interitum expectantes cōclusi in tenebris trepidi maiorem in modum suspensis sic animis stabamus. Cum autem infelix illa nox transisset omnes vertiginosi effecti sanctum inuocabamus qua poteramus deuotione Nicolaū cuius imminebat festum dicentes. Suscipe nautarū pater nicolae precatus. Assis z solita nunc pietate tuis. vel similē in modum.

Die sexta decembris vbi lux clara refulsit vidimus nos nullum habere adiutorium et ventum inutilem fortem nimis existere. desperantes ergo iterū vela vento cōmisimus. qui rapta classe eam cursu velocissimo in cicladas insulas reportauit ad locum vnde nudiustercius egressi fueramus in portum milo. ibiq; naues tonsillis alligatis et anchoris immersis hyemare ibi timuimus. pro eo q̄ in diebus patronorū maris mare solito implacabilius habuimus. Sunt enim scōm marinianorum estimationē singulares patroni maris sanctus Clemens. sancta Katherina. sanctus Andreas. sancta Barbara. sanctus Nicolaus. sancta dei genitrix Maria et sancta Lucia. omnibus his diebus difficilem habuimus nauigationē demptis vltimis duobus. in quibus si maleam nō vicissemus per hyemem totam ibi manere coacti fuissemus. hoc firmiter tenent marinarij. Multis enim superstitionibus vacant in nauibus quādo nauigatio nō est iuxta eorum vota. Alij dicebant q̄ peregrini terre sancte essent in causa quia res furtiuas secum ducerent de locis sanctis. vel aquā iordanis quā simpliciter dicunt impedire nauigationem.

Die septima decembris inutilem ventum habentes. eodem mansimus in loco post prandium vero plures orationis gratia ad litus nauigantes in cappella que ibi erat in honore virginis Marie dedicata eidem sese cōmendauerunt Alij cantabant crebro hos versus. deuotius ad virginē ipam clamitantes.

Salue splendor firmamēti tu caliginose menti desuper irradia. Placa mare maris stella ne inuoluat nos procella et tempestas obuia. Videbatur autem nobis tanq; sese inclinans virgo Maria sic nos affare. vento in melius mutato. et classe ad recessu z apta ta. Pergite iam miseri sancta theotocos inq̄t. Et velis in flatis portus intrate salubres. Ante solis ergo occasum portum exiuimus et tota nocte in lumine lune tranquilla nauigatione profecti ventum sequebamur optatum.

Die autem octaua que erat festum cōceptionis beate virginis fortiter processimus cōtra maleam eaq; post meridiem cōspecta cōterriti sumus metuentes iteratam repulsionē. Sed adue sperascente die vento semper in melius conforto repente cornu illud seuissimū malee sine labore pene superantes sub vnius horę spacio decem et octo miliaria pertransiuimus. Hoc cum fieret ingenti omnes gaudio fuimus exhilarati tubicines pre leticia canebant. et omnes galiothe cōclamabant omnesq; pariter vociferabantur deum laudantes. Interea vero nox incidens prohibuit ne ventū bonū sequi iuxta votū possemus. q̄ ad latus sinistrū promontorium malee habuimus. Ad dexterū aūt mare scopulis et cautibus plenū. nec erat portus in quē intrare possemus. Iccirco remiserūt gubernatores omnia vela. naues ad latiora loca natare pmittentes. dimittētes eas ibi ad sortem in deuijs aquarum currere sicut curit equus lasciuus et effrenis. nunc cum prora nunc cū puppi se erigentes. nunc ad hoc nunc ad illud latus se inclinantes. et motibus cōtinuis et importunis agitabantur inter seuos fluctus nec stabant nec progrediebantur. Propterea noctem inquietissimam

nota

habuimus plusq̄ in tempestatibus vllis. Statim autē vt sol refulsit quinq̄ erectis velis. progressi sumus inter scopulos et cautes. atq̄ die. xiij. decembris ad Motonā venimus ciuitatem. Eo tempore per diem naturalē centū et triginta miliaria cōfecimus velocissimo nauigio. et inuenimus ibi sex galeas quas ante amiseramus inter tempestates Ibi ergo portū ingressi et nauibus stabilitis ingressi missam in cōuentu fratrū predicatorum audiuimus cum multo desiderio q̄ diu nullā missam audiueramus. Post missam omnes pariter peregrini ex oibus galeis cōgregati cōuenimus in domo dominoꝝ teuthonicorū comedentes et bibentes in leticia multa gratias agentes deo qui nos de magnis liberatos periculis mutua visione fecit letantes. quia ab Alexandria vsq̄ huc nūq̄ simul omnes fuim⁹. Peracto prandio. q̄ p̄ dies aliquot didicimus nos ibi manseros ꝓpter negociationē mercatorum res nostras in hospitium cōportauimus. Motona est ciuitas in cornu Achaye sita in terra cōtinenti prope turchiam. vnde turci ad nundinas ebdomodales illac cōueniunt cum christianis.

Die decimasexta decembris galeas ingressi et classe soluta ad insulam oppositā quam nescio quā ob causam nominant sapientiā: applicuimus. et distat per miliare teuthonicum a motona per intermediū cannale profundissimū. et q̄ nō erat vtilis ventus eiectis anchoris classem ad pedē montis sapientie nauleri stabilierunt.

Die. xvij. in noctis medio dum omnia essent in silentio subito aspirauit ventus salubris et bonus. et statim rupto silentio clamores magni excitabantur per classem. et ad recessum se parabant. leuando anchoras. sursum trahendo barcas et scaphas. erigenda vela. soluendo ac cōplicando spiras. que omnia fiunt cum violentia festinantia et cōtinuis ac altis clamoribus. Classe ergo soluta a loco illo eiecti sumus per ventum in altum mare vbi mox iterum orta est seuissima tempestas cuius similem ante non habuimus. et durauit per diem et noctes duas. Omnes autem domini de castello transfugerunt ad nos in carmā. nec fuit memoria cibi aut potus hac tempestate durante. quia coquina erat in aquis tota.

Die. xix. redeunte vento gratiori quo et prius vsi fueramus. multas raptim insulas turcoꝝ et christianoꝝ transiuimus. vtputa insulā Hamaffra. Limleā. Schefflamā et Azanta. Sopholomiā que capta fuit per turcū anno superiori videlicet Millesimoquadringentesimooctuagasimo.

Die vicesima mane venimus ad insulam Corzicam que alias Corfun appellatur bonam et fertilē. Et reperimus ibi classem armatā. et magnam charistiam panis et omnium necessariorū. Iccirco capitaneus classis armate male ferebat cōquerens de capitaneis classis onerarie q̄ declinassent in illum portum. cum vix ibi pro suo exercitu necessaria essent. Fuit enim magna multitudo nauium et hominuꝫ mirabilis cōpressio. Illa insula est principiū grecie. et est Rhomani portus munimentum. ab ea enim facilis est nauigatio in Siciliam in Trinaclā Sardimā Apuliam et Italiam. Ex opposita eius parte est Morea. Achaia. et in paucis horis vento flante nauigatur in Patras ciuitatem vbi sanctus Andreas crucifixus fuit. et in Cōstantinopolim et Scutarim ꝛc. et in Calcedoniam insulam. et in ciuitates Sicilie Catbanam et Siracusanā vbi sunt montes ethne. ignem spirantes. in quibus ciclopes fabri Jouis fulmina fabricant ꝑm poetas.

Die vicesimatercia sustulerunt simul omnes galee numero decē cum vna naui et vna grippa. atq̄ ita educta classe extra portuꝫ intrauimus cum bono vento cannale latum. quod diuidit Corziram et Dardamam insulas. Letabantur autem valde gubernatores nostri de aura bona. quia alias grande periculū imminet nauigantibus in isto cannali. pro eo q̄ in fundo ibi est quedam abyssalis vorago que vomit aquas maris et sorbet. et dū naues ad locū veniūt subsistūt et rotantur

ita q̄ oportet eas fumiby trahere de loco illo. Magna ergo celeritate nauigauimus impellente nos vento et ad insulas gazopolis venimus percurrētes rupem draconis. Ibi enim in mari vt supra habitum est rupes quedam est in qua draco olim latitans euolabat aliquādo supra ciuitatem ex opposito in mōte sitam et suo flatu homines interficiebat. vnde homines ciuitatē dereliquerunt que vsq̄ hodie deserta est habens muros et turres et edes adhuc fortes et recentes. Sub ciuitate illa deserta vidimus ecclesiā beate virginis in qua dicitur ardere miraculose lampas quedā semper sine humano ammiculo aut fomēto aliq̄ percursis insulis Gazopolis ecce in occasu solis subito horrēda incidit tempestas tota nocte illa durans cum validissimo et importunissimo vento. qui grande velum galee nostre in plures dirupit discidit q̄ partes et multos remos destruxit in vno latere. et ollas ac caldaria circa ignem subuertit. ipsum q̄ ignem extinxit. Vnde maximus in galea ortus fuit clamor inuocantiū deum sanctos q̄ omnes et vota repromittentiū. vnde et illud tunc expansum fuit velum (papafigo italico sermone cognominatū) quod nō nisi in extremo periculo et vltimo exitio apponitur. Sic itaq̄ nauigantes nimio timore percussi per singula momenta submersionis discrimen expectabamus. nimirum procellis vsq̄ adeo ascendentibus et excrescentibus vndis equore toto cōmoto vt nil penitus de galea videretur nisi malus nauis. sed neq̄ alie galee que in latere nobis erant iam apparebant simili ex causa. nihil q̄ erat omnibus in galeis infra vel supra q̄ aquis maneret intactū. Idq̄ frequēter accidit nobis inter redeundū ex alexandria. Neq̄ tamen nouū est vel insolitū ibi periclitari naues. cum legamus sanctam Helenam in hoc mari adriatico passam fuisse tantā tempestatem vt cogeretur vnū clauum quo dominus Jesus cruci affixus fuerat, pjicere in mari vt sedaretur tempestas. Adeo enim seuum est hoc mare vt nonnūq̄ in tempestatiby saxa grandia de profundo eleuet. et tanq̄ lignum per superficiem aque iactet de vna parte golfi in aliam.

nota

Die. xxiij. vigilia sc̄i natiuitatis domini sedata fuit tempestas. et tediosa tranquillitas siue bonatza subsecuta. nec poteramus aliquem portum apprehendere vt festū instans celebraremus. In nocte natalis domini eramus in mari. et per totā noctem fuit tantus tumultus in naui nostra q̄ vix poteram⁹ dicere officium nostrū. galestrolis instinctu vt credo diaboli tunc plus solito laborantiby vti semper solent in diebus festiuis. Nec simpliciter laborant. sed cum execrandissimis iuramentis blasphemijs iurgijs et cōuicijs mutuis ⁊c. Ita noctem illam sacratissimā pariter et diē dominici natalis exegerunt. Hodē die vidimus finē Albanie vel Achaye et principium regni vngarie. et intrantes illiricum in quendā sterilem portum stannum dictum applicuimus. Die sancti Stephani soluta classe procedentes partes Dalmatie attigimus. et vidimus ibi Ragusiū ciuitatem prepotentem de qua etiam supra habitum est et ornatis vndiq̄ galeis signis et vexillis vt fieri solet magno q̄ facto fragore ex bombardis. in modum triumphi preteriuimus. Neq̄ applicuimus ad ciuitatem. propter festum tamen et reuerentiā dominice natiuitatis cum trincketo duntaxat nauigauimus. Nec ciuitas Ragusina dicitur esse opulentior in christianitate. ibi pulchrum ⁊ notabile cōuentum habent fratres predicatores. Deinde venimus in Curfulam ciuitatem venetor q̄ ⁊ Prepo vocatur. nec portū trahere poteramus. phibente nos vento. Sole autē ad occasum vergente incidimus asperrima loca. et ventis cōfortatis ingrauatum est mare cōtra nos nimis. Qua propter gubernatores nostri anxij in dubio stabant suspensi. cannale asperrimū habentes pre oculis et portum nullū in quē declinarent. deuiauerant enī a vera cannali per quod alie galee secure ibant. Cum autē venissemus ad latiorē locū cannalis: tentauimus stabilire nauem et immerso bolide inuenim⁹ excessiuā aque profunditatē. et paululū p̄cedentes iterū iniecimus bolidem et fundum quidē inuenimus sed nō ad votū quia tamē nox erat obscura in fortibus nec sydera apparebant nō poteramus procedere propter stillam et caribdim. Deiecimus ergo grandem anchoram que fundum petens nō inuenit nec scopulos nec saxa nec arenam quibus mordacem dentem infigeret. sed currentē galeam sequebatur arans terram de quo

vltra modum torquebãtur gubernatores. Rursum ergo cum ingenti labore retracti
mus anchorã ⁊ in alio loco iniecimus. nec inuenit cui inhærere posset. sed cũ magno
nostro periculo galeam sequebatur. tandem tamẽ hesit. debiliter tamẽ vt videbatur
Ideo nemo nocte illa secure dormire poterat. sed omnes solutionem nauis expecta
uimus. que si soluta fuisset extremũ nobis periculũ fuisset.

¶ In die sancti Johannis euãgeliste soluta naui conabamur procedere. sed nec vẽ
torum nec siderum adiutoriũ affuit nobis. sed aura obscura que semp nauigantib⁹
est molesta. Tandem inundante pluuia cõuertimus nos in yllirici montana. ⁊ por
tum tortula dictum intrauimus. in quo alias duas galeas nostre classis reperim⁹.
⁊ erat portus inhabitabilis. desert⁹. ⁊ maledictus. in q̃ magno tedio fuim⁹ affecti ⁊ẽ.

¶ In die innocẽtum classem soluimus ⁊ cum prospero vento profecti vidimus ad
australem plagam Apuliam ytalie per maris brachiũ Atrinaclia ⁊ Sicilia diuisa ⁊
in cornu apulie quod in adriacum mare extenditur vidimus montem Barganũ.
In huius montis radicib⁹ est Sepontus ciuitas olim a Diomede montis victore
condita. Ibi fuit palladis templũ in quo diu seruata sunt epij frumenta. in quo etiã
bipennes ereꝫ arma diomedis deposita ostendebantur. In hoc monte Anno dñi 481
quadringentesimo octuagesimo primo. fuit facta apparitio sancti Michaelis. In p
cessu venimus ad oppositum Lizine ciuitatis dalmacie. sed repente lizinam poster
gantes in Crauacią proiecti sum⁹ ⁊ circa solis occasum de latitudine maris ad mõ
tana crauacie que est natio vna dalmacie declinantes inter scopulos ⁊ rupes Si
bicinenses naues alligauimus in portu sterili. qui tamẽ erat tutus ⁊ bene munitus.
In montib⁹ eñ ⁊ collibus maritimis iuxta quos portus tuti sunt stant signa q̃ na
uigantes cernentes confugiũt de mari tempore periculoso ad loca illa. Mansimus
autem in portu illo vsq; ad sextum diem cum tedio maximo. Vlerũ in die sancti sil
uestri. pene omnes de galeis in insulam adiacentem nauigauimus. in qua inueni
mus vnam capellam iuxta quam fuit domus fratrum de tercia regula sancti fran
cisci. Capella hec de gratia marie nũcupatur vbi virgo ipsa gloriosa in innumeris
choruscat miraculis. Ad eã etiã in marinis pstituti periculis multi se deuouẽt mul
ta offerentes cum illo salui peruenerint.

¶ In crastino die videlicet circũcisionis mane galeam exeuntes in eadem capella ce
lebrauimus. Ipsa etiam die villam pertransiuimus que kano de cista appellat. Et
de veteri more ⁊ consuetudine id ibi obseruatur q̃ vbi coventum fuerit. quisquis in
galeis ⁊ nauibus alteri quidpiam debet. mox soluere compellitur ⁊ satisfacere p sen
tentiam iudicũ in singulis galeis ad hoc deputatorum cui cõtrauenire nemini licet
neq; ab ea appellare. Alie quoq; dissensiones ⁊ discordie si q̃ sunt in galeis p eosdem
iudices ⁊ arbitros sedantur modis oportunis.

¶ Die secunda Januarij vbi ventus conquieuit eduxerũt classem extra portum il
lum sed cum in latum venissemus surrexit ventus contrarius repellẽs triremes cõ
tra apuliam ⁊ ideo magna vi reduximus naues ad montana crauacie. et in portũ
larmo dictum incidimus. ibiq; naues stabiliuimus exspectantes ventum. Solacio
sus fuit portus ille. altissimis scopulis circũdatus ⁊ profundissimũ habens cãale
educi autem nos fecimus ⁊ in cacumen altioris scopuli vel rupis manib⁹ reptantes
de rupe ad rupem ascendimus vsq; ad signum qõ in summitate demonstrans por
tum ibi stetimus. ⁊ longe lateq; per mare respeximus. ⁊ contectis oculis in occiden
tem maxime exultationis ⁊ iocũditatis hausimus occasionẽ. Vidimus eñ a longe
niueos nostros alpes suis candidis cacuminib⁹ nubes attingentes. qui faciũt ter
minũ maris ⁊ finẽ ytalie ⁊ lombardie ⁊ principiũ alemanie. Sub mõte ẽ villa q̃dam
quã ingressi vt emeremus aliq̃d nihil in ea reperimus nisi pauperrimos schlauos.

¶ Die tercia Januarij cum bono vento portũ illũ egressi veloci cursu ad zaram ci
uitatẽ veterem venimus. ⁊ deinde nouã zaram quã nauib⁹ stabilitis ingressi sumus.

¶ Sequenti die mansimus ibi ⁊ ecclesias ac reliquas videntes corpus sancti senis
Symeonis in ecclesia metropolitana reperimus.

Nocte sequenti incidimus in Cornerum qui est pessimus maris districtus z periculosissimus quia mare ibi rapidissimo cursu contra anchonam tendit z nisi gubernatores arte z industria prohibeant mare nauem rapit. z in portum anchonēsem longe positum deportat. In illo cornero grauissimam noctem egimus z tempestatē valde horribilem passi sumus z inquietudinem.

Illucescente autem die mitigatus est ventus z venimus in Histriam que est natio dalmacie z polam ciuitatem vidimus. z circa vesperas in portum rubinēsem venimus. De nauibus autem exeuntes in ciuitatem Rubinam que in monte est ascendimus ad vesperas in ecclesiam sancte Eufemie virginis. Auditis vesperis q' collegium est ibi. aperuit nobis prepositus ecclesie tumbam sancte Eufemie virginis. z corpus eius integrum vidimus. Miraculose enim de calcedonia vbi fuit martyrisata venit in eadem grauissima tumba per vndas in rubinam his visis naues reingressi sumus.

Die septima soluta est classis z nauigauimus vsq; ad parentium ciuitatem histrie z illo die ibi deguimus. qua aduesperascēte classem reingressi z nocte leuatis anchoris cum optimo vento nauigauimus. z cum ingenti letitia. valde enim periculosum est ibi quando non sunt venti optati. pre letitia ergo noctem illā pene insomnē duximus z mane.

Die octaua venecias ciuitatem vidimus. Porro cōcito veneti nos viderunt. oēs campanas ciuitatis cōpulsauerunt. z plurimi in barcis obuiam nobis venerunt vti soliti sunt facere in aduentu felici z secundo nauiū vel galearum suarum. Ante portum sancti Nicolai extra castella classe stabilita multoq; auro patronis soluto. in barcis portum z ciuitatez ingressi sumus in hospitia nostra. letātes maiorem in modum atq; gaudentes. nimirum q' optata denuo litora apprehendimus. multū pus z terris iactati z alto. Sed z magnifice deo gratias egimus qui nos de magnis sepe periculis z angustijs sua clementia z misericordia atq; beatissime virginis z martyris katherine haud dubiū interuentu liberauit reduxitq; cū salute ipe omniū saluator z liberator xpus ihus in secula benedictus Amen.

Secunde peregrinationis ad diuam virginem z martyrem katherinam in montem Synai processus finit feliciter.

Ite sunt Insule a venetijs vsq; Rodum.

Pzionaq̃ z villa.	distãs a venetijs	centũ	miliaribꝫ	ytalicis. sita in Histria
Ossera z Ressera.		xl.		
Arbia		xv.		
Vega		xxx.		
Nossera		v.		
Nyo		xv.		
Sassigo	Distans ab insula	xxx.	miliaribꝫ	in Dalmacia.
Prenna	proxime posita	q̃.		
Anpetina		x.		
Selua		q̃.		
Nybo		xv.		
Paygo		v		
Ponto duro		xv.		
Stantpontello		i.		
Sancta maria de mela		i.		
Insula grandis de zara		x.		
Fruso		xv		
Insula longa	distans ab insula	i.	miliaribꝫ	in Dalmacia.
zara vetus	proxime posita	v.		
Insula Ad sanctum Clementem		vq̃.		
Vergi		v.		
Dorthera cũ multis alijs adia centibus q̃ hic nõ nominant.		xq̃.		
Insulare				
Sibenigum		xv.		
Talciſco		xq̃.		
Ad ſanctum archangelum		v.		
zeſſulo		iiij.		
Solta		dimidiũ.		
Bratza		ij.		
Lizina		xq̃.		
Liſſa	distans ab insula	xviij.		
Corzula	proxime posita	xl.	miliaribꝫ	in Dalmacia
Lakatza		xviij.		
Laguſta		xq̃.		
Auguſtin		vq̃.		
Delida		xx.		
Ragus		xxx.		
Croma		i.		
Raguſa vetus		vq̃.		
Budua		xxiij.		
Anchiphara		xxiij.		
Dulcina		xviij.		
Duratzo	distãs ab insula	xviij.		
zazano	prie posita	lxx.		In Albania
		lx.		
Affano		l.		
Corfona		xq̃.		
Parona		v.		
Raipdelducat		L.		

	Lanafinnata		cxq.	
	zaffalonia		i.	
	zanta		cl.	
	Striffali		ccc.	
	Verona		lx.	
	Sapientia		q.	
	Lauerera		v.	
	Sapbinica		v.	
	Lamadappa		lx.	
	Cirigo		cl.	
	Lamalcon		cc.	
	Hilo		lxxx.	
	Antemilo		iiiq.	
Insula	Polymo	distans ab insula	cv.	miliariby in Grecia.
	Paris	proxime posita.	ccc.	
	Ayria		iiiq.	
	Ayo		ccc.	
	Hargoyn		ccc.	
	Naffia		ccc.	
	Arina		cv.	
	Stampbalia		cv.	
	Alango		clv.	
	Alastbrooa		cv.	
	Piscopia		cv.	
	Ayzara		iiiq.	
	Ad sanctum Nicolaum de carba		ccq.	
	Limonia		c.	
	Lazina		ccc.	
	Rodum		cl.	

A rodo nulla alia insula nisi castrū rasso.

Sequuntur quedam cõmunia vocabula de ideonmate ſarracenico in latinum tranſlata.

Caput	ras	Fulgur	barck	Aſinus	hamar
Frons	ſahala	Tonitruũ	rad	Vacca	baccara
Crinis	Shar	Grando	barath	Vitulus	hekel
Oculus	ayn	Nix	delſ	Capra	anſe
Auris	eden	Glacies	ſÿlith	Ouis	ganeme
Naſus	onff	Panis	chobiſ	Auca	zvokbe
Os	ſom	Panis	cozban	Anſer	ocke
Labium	ſoffe	Carnes	lahem	Gallus	dic
Lingua	leſan	Caſeus	yibon	Gallina	teſee
Dens	zcenn	Piſcis	ſomek	Columba	hemame
Collum	angk	Ouis	thayr	Canis	kepb
Guttur	mabla	piſa	hellie	canis	kolph
Pectus	ſodar	faba	ful	leo	eſt
Cor	kalb	lens	addes	leo	ſebey
Jecor	kodeth	ordeum	ſayr	vrſus	dubbe
Pulmo	kebd	frumentum	chamebe	lepus	arneph
Stomachus	bathan	pomum	doffaba	lupus	dÿb
Venter	kref	pirum	engaſſa	catta	katt
Brachium	zende	ficus	thyne	mus	fara
Manus	yd	angurÿ	bathich	mors	maut
Digitus	zabeth	pulmentum	tabich	mortuus	meyet
Dorſus	daher	ouum	beyde	anima	neffiz
Latus	iomb	botrus	enep	infirmus	gebennem
Crus	ſalgk	vinum	nebÿd	Cimiteriũ	meyba
Genu	rocube	vas	vgzvee	ſepulchrũ	caper
Tybia	kafbeel	fons	ayn	calix	caf
Pes	refle	aqua	moy	liber	keteb
Pedica	behim	ciſterna	byr	altare	bukel
Planta	tatrefle	fluuius	nabar	ducatus	ducat
Deus	alla	acetum	hall	denarius	denar
Angelus	melack	ciuitas	medine	medinus	medin
Sanctus	caddis	villa	dayan	tremus	terem
Diabolus	ſagithan	caſtrum	carÿe	flus	gelt
Rex	meleck	eccleſia	camiſſe	bonum	ſÿd
Dominus	arab	templum	baÿkel	malum	ſarr
Domina	rabbe	domus	baÿt	dulce	bellu
Nobilis	methesim	clauſtrum	buf	amarum	mozr
Ruſticus	vellach	turris	barfo	pulchrum	cayef
Agricola	villach	feneſtra	tacka	album	abÿas
Sutor	eſſcheff	ianua	bab	nigrum	eſuet
Sartor	bÿiath	via	trÿck	magiſter	mallem
Locus	tobach	molitor	daban	piſtor	beſÿan
Seruus	abÿt	ancilla	ceryen	epiſcopus	oſthopff b
Sacerdos	kehem	ſacriſta	kandelocht	vir	raſol
Mulier	amara	pater	ebb	mater	omm
Filius	ebn	filia	bentht	frater	achb
Sozor	ocht	amicus	meheb	chriſtianus	nazarani
Celum	ſzama	ſol	ſchiemb	luna	kamar
Stella	neſme	nubis	gear	ventus	bauzva

p

Pluuia	mattir	lux	dazv	dies	nahar
Flos	layl	tenebre	dalme	aer	soheb
Porta	bab	coquina	madbach	camera	mensek
Infirmaria	maristan	caputium	cobet	pileus	stabzim
Tunica	taub	camisia	camik	cingulum	zennar
Caliga	choff	calcius	serbul	pallium	goffara
Frigus	barth	calor	barr	terra	ard
Bonus	ezebeb	vallis	zvodin	ager	achlin
Ortus	besta	arbor	segara	herba	hasis
Ortica	carren	spina	schocke	camelus	szymel
Equus	faras	fur	herami	nequam	sarrir
Peccator	cathij	meum	lij	tuum	lack
Vos	endom	ille	badack	ego	ena
Ita	ij vel eij	non	la	hodie	ylleom
Cras	gadda	cras	buckara	plane	szvoij
Suum	lu	meus	methaij	ferrum	badid
Lignum	vd	lapis	basar	ignis	lumen
Unum	zvoheijt	duo	etneyn	tres	telate
Quattuor	arba	quinqz	campk	sex	sythij
Septem	sada	octo	themani	nouem	tykza
Decem	eyschara	vndecim	zvoheyttasch	duodecim	tamentasch
tredecim	telatasch	quattuordecim	arbatasch	quindecim	campstasch
Sedecim	sythbthasch	decem et septē	sabatasch	decē et octo	themantasch
Decē et nouē	tykstasch	viginti	ascharin	viginti vnū	zvoheyttascharin
Viginti duo	etneyntascharin		viginti tres	telatetascharin	
Viginti q̄ttuor	arbatascharin		viginti quinqz	campktascharin	
Viginti sex	sythtascharin		viginti septem	sabatascharin	
Viginti octo	tementascharin		viginti nouem	tekzatascharin	
Triginta	talatin				

¶ In sequentes historias prefatiuncula incipit feliciter.

Quibus explicitis atqz absolutis itinerarijs nostris diuo munere. haud incō gruum reor. quedā adiecta facere. que precipue generosorum atqz nobiliū a= nimos magis oblectēt. quibus potissimū hoc in opere morem gessi talia scri= bendo. que eis lectu scituqz haud inutilia sed neqz fastidiosa forent. Verum vti in primordio huius libelli cōmemoratum fuit. optarem vehemēter preter eum quē mihi prestituerā finem principalē. etiam hunc nihilominus meo labori accedere fru= ctum. vti ex his que narrauimus. deuotorū christicolarum animi et pectora. magis ma gisqz in dies in perfidissimos et truculentissimos christiani nominis et sanguinis ho= stes turcos vicz et sarracenos. zelo bono cōcitarentur roborarent accenderent. ad exter minandū eos de finibus suis vel saltem ad resistendū eisdem dum nostros occupare fi= nes. depopulari et deuastare tentant audentqz q̄z libere. quippe nemine ex aduerso repu= gnante. in perniciē nō modo totius reipublice christiane: sed z pudorē maximū. Ad hu ius instituti, positum nō nihil cōduceret si serenissimi et illustrissimi principes generosi strennui et nobiles viri. immo vniuersi christifideles crebro reuoluerēt. relegerentqz vel saltem nouissima damna et exterminia plurima que perfidi a paucis emensis annis im mo nostris ferme temporibz ecclesie intulerūt. et quāq̄z ea pene innumera sint neqz pau cis emetiri neqz esse abscōdita alicui vel parū annoso possint. tñ quo intimius orthodo xorum cordibz imprimant. paucula ex plurimis. et ex pauloante gestis hmōi malis no bis illatis excerpta. his inserenda non ab reputaui. presertim q̄ in superioribus etiam de aliquibz hmōi mentio habita est. Agit de Cōstantinopolis z Nigroponti in primis

expugnatione breuissime. postac de Rhodie vrbis obsidione latius. Ac demum idrun-
ti captione sub cōpendio agam.

De Constantinopolitane vrbis expugnatione.

Anno dmini Millesimoquadringentesimoquinquagesimosecundo. ciuitas 1452
Cōstantinopolitana cum esset obsessa a turcis. miserūt greci oratores ad sum
mum pontificem Nicolaum quintū. implorantes auxiliū gentium et pecu-
niarum. quos nō exaudiuit Nicolaus. indignū ducens italiam exhaustā pe-
cunijs ꝓpter expensas guerrarū. grauare nouis exactionib. permaxime cum sciret gre-
cos se suis pecunijs posse iuuare si exponere vellent conducendo gentes. Sed nudati
omni amore reipublice et tantū priuate rei sue cōseruande intenti. in hoc inciderunt iu-
dicium. vt dicti et capta ciuitate serui effecti. res priuatas suas et publicas perdiderunt.
Et q̄ habuissent: si voluissent expendere patuit. quia magne diuitie et thesauri multi re-
perti sunt apud plures psonas etiam mulieres. sed cupiditas excecauit eos. De ipa aūt
captione dicte ciuitatis per turcos. Reuerendissimus pater ⁊ dñs cardinalis ruthenus
episcopus Sabinensis. grecus. noīe Isidorus. qui tunc erat ibi legatus pape sic scribit
qui p̄sens fuit. sed manus illorum euasit ne occideretur vel caperetur. quia ingressis in
ciuitatē turcis. habitū dimisit et apparatū cardinalatus et vestibus vilibus indutus in-
ter fugientes e ciuitate se immiscuit incognit⁹. et inde ad Peram ciuitatē nō longe a Cō
stantinopoli distantem se duci per mare ꝓcurauit. Audite hec inquit in principio suarū
litterarū. Audite oēs gentes auribus ꝓcipite qui habitatis orbem. Audite hec omnia
qui fidelē orbis partē colitis. Ministri. pastores. et principes omniū ecclesiarū christi.
vniuersi q̄z reges et principes christole. acvniuersus dñi populus cum religiosis cun
ctis. Audite et notum sit vobis. q̄ p̄cursor veri antichristi teucrorum princeps et dñs.
seruus autē tot dominorū quot viciorū. cuius nomen est Mahumet inimicus crucis
christi. Heres rei et nominis illius primi pseudo ꝓphete et latoris legis spurcissime a-
garenorum. filius sathane omniū flagicios issimus. qui furijs infectus et insania. sangui
nem christianor̄ sine intermissione sitit. nec extingui valet eius sitis post eorū innume-
ras cedes. Tantoq̄ odio cōtra christum et membra eius mouetur. vt eradere nomē ei⁹
de terra nitatur. Et inspecto aliquo christiano sibi obuianti se inde existimet sordidatū
vt oculos abluat et os. immundū se profitens prius. Hoc igitur tam terribile et horri-
dum monstrum. exigentib. demeritis christianor̄ iusto dei iudicio. in eos seuire et cras
sari permissus. ciuitatē imperialē nouam rhomā. olim felicissimā nunc miserrimā et o-
mni calamitate oppressam. Cōstantinopolim diu obsessam cepit. expugnauit. spoliauit
omnib. bonis et pene deleuit. Quis autē (vt verbis vtar ꝓphete) dabit capiti meo aquā
et oculis meis fontē lachrymarū. vt plorare valeā die ac nocte interfectos populis illi⁹
et scelestissima sacrilegia in ea captura ꝓpetrata. Quis huius horribilitatis memor nō
obstupescat. nō litargicus fiat. nō pre dolore obmutescat. Hec tñ cuncta enormia expli
cabo. ne pie aures audire refugiant sed ex paucissimis relatis cogitent⁹ alia. Hic nephā-
dus. nominibus blasphemie plenus. ciuitate recepta post decapitationē imperatoris.
cum omni sua ꝓgenie et nobilitate. plurimos ferreis manicis et cōpedibus alligatos. ac
collis eorum funibus cinctis. extra vrbem deduxit. nobiles plebeios. monachos ⁊ mo
nachas. mares et feminas. virtute et cōditione p̄claros. vituperabiliter detractos. mul-
tis iniurijs refertas vt meretriculas et in lupanari ꝓstitutas trahebant. tanta et talia cō-
tra eos agebāt. quanta de brutis animalibus et qualia sine rubore fari minime q̄s vale
at. Adulescentulos vtriusq̄ sexus a parentibus segregabant et diuisim de eis precio ne
gociabantur. Infantes coram genitoribus suis vt agniculos mactabant. Patres filijs
et geniti genitricibus priuabantur. Germani a fratribus. vxores a viris. nurus a socru-
bus. lugentib. et vlulantib. segregabant. disiuncti ꝓsanguinij et amici. in diuersis regio
nibus serui venditi ducebant. O q̄s amare lachryme. quāta suspiria. quot clamosi sin-
gultus inter amicos et notos. que miserabiles voces emittebant inter tantas cedes. ser-

uitutes.expulsiones.et cõtumelias. Principes barones et dñi.bubulcorũ porcariorũ
homuntionũ.effecti sunt famuli. Intra decem niũ pueros ad ritus sue perfide secte cõm
pellebant. Heu quomodo obscuratũ est aurum fulgidum sapientie.per tenebras igno-
rantie. Aurũ dignitatis per ignobilitatẽ seruitutis. Quomodo mutatus est color opti-
mus grece eloquentie.in barbariẽ turchie.lapides sanctuarij si qui erant cõstantes in fi
de.dispersi sunt in capite omniũ viarũ iacentes pstrati. // De ceteris taceamus.huma-
na sunt.sed de iniurijs.subsannationibus.cõtumelijs.obprobrijs scelestibus erga diui
na.que lingua valeat explicare.quis intellectus capere.que aures patient audire.ni fal-
lor nunc̃ ita inhonoratus deus.venerũt gentes gehenne dedite.in hereditatẽ tuã.que
israel est te videns per fidẽ. Polluerũt templũ sanctum tuũ ecclesiam nobilissimã sancte
Sophie cum alijs. Imagines dñi nostri Jesu christi et matris ei⁹ virginis glorioſe et
sanctor̃ ac sanctarũ dei.insignia viuifice crucis cõspuentes.cõfringentes. cõculcantes.
sacrosancta euangelia.missalia.et reliquos ecclesie libros dilacerantes.deturpantes. cõ
burentes. Sacras vestes sacerdotũ.reliquaq̃ ornamenta ecclesie scindentes.ad indu-
mentũ suum et ornatũ sumentes.vel p̃ vili precio conferentes.vasa domini:eius cultui
dedicata.in eis comedentes et bibẽtes.in reliquũ cõflata ad p̃phanos vsus transferebãt
Posuerunt denic̃q̃ carnes sanctorũ tuorum morticina seruorũ tuor̃.reliquias beatorũ
corporum escas volatilibus celi.dispergentes hincinde carnes sanctor̃ tuorũ quos oc
cidebant bestijs terre.quia nõ erat qui sepeliret. Altaria suffoderũt inuocantes nomen
maledicti mahumeti.eum laudantes de victoria. Q mitto pre pudore q̃ mingebãt.ster-
corisabant.omnia vituperabilia exercebãt in templis imaginibus et reliquijs sanctis.
Sancta canibus dabant.margaritas sacramentor̃ ante porcos p̃jciebant. Cum hec
recolo totus ex horrore cõtremisco.nec vlterius stilo exarare queo illor̃ piacula et fidei
christiane religionis dedecora et irrisiones iniecta. Monasteria tam monachorum q̃s
monialiũ inuadentes omnia diripiebãt.eijcientes illos de habitationib suis.xenodo-
chia infirmor̃ destruebant. Et si de multis et magnis excidijs et exterminijs ciuitatũ.
hystoriographi etiã gentiliũ referant.fere nulla posset desolationi huius coequari. Nul
lum incolam intra reliquerũt.nõ grecum.nõ latinũ.nõ armenũ. nõ iudeum.vrbẽ ipam
suis ciuibus nudatã quasi desertã effecerunt. Eorum actus et opera p̃cijs oculis vidi
et cum aliquibus cõstantissimis viris vna.plura p̃pessus sum mala et pericula. licet de
manibus cor̃ me eripuerit deus vt Jonã de ventre ceti. Expugnata Cõstantinopoli
peram nõ multũ distantẽ occuparunt.menia eius ad solum vsq̃ deducentes. Ex cam
panis ecclesiarũ bombardas cõflauerunt.crucez que erat in cacumine turris eius cum
ipa turri cõtriuerunt. Rempublicam ad nihilũ deduxerunt. Judicem et principem ei⁹
turcum cõstituentes. Pedagia.guidagia.impositiones.et grauamina illuc applicantib
vel p̃manentib suapte statuerũt. // His atrocissimis rebus nõ cõtentus callidissimus
et cruentissimus mahumet.christicolarũ summus inimicus.ad vlteriora se extendit et
triremes inter magnas et paruas iam centũ septuaginta p̃parauit et ad mare egeum mi-
sit ad insulas cicladas sibi subijciendas. Exinde se p̃parat cum infinito exercito ad tres
vrbes notabiles et potentes p̃pe danubium sitas transmigrare et expugnare. vnã quam
vicz Periston nuncupamus.aliã Forobiũ.terciã Bellostadũ. Intendẽs post totã per-
currere vngariã.spoliare.deuastare.et cõterere vt neminẽ retro se dimittat impedire ad
alia p̃ficisci volentẽ.q̃m ad italiã c̃citius transmigrare cõtendit. p̃parare c̃z conat ga-
leas magnas et paruas tricentas. naues magnas viginti. pedestriũ et equestriũ exerci-
tum vltra centũ milia. Et sic a durachio brunduſiũ transire cõtendit.que ciuitas sita est
in regno Apulie. Qua p̃pter deprecor exoro atq̃ exhortor vos oẽs christicolas. vt zelo
fidei et x̃piane religionis p̃vestra libertate gladio accingamini cõtra tã diros hostes di
uini cultus et oẽs sanctimonie et vite moralis. Et primo quidẽ abijciẽtes omnẽ dissen-
tionẽ.emulationẽ.remittentes inuicẽ offensas.sicut et christus donauit oibus.pacem et
vnionẽ summope inter vos amplectamini. vt vniti et inde fortiores effecti.cõfidentes in
adiutorio altissimi (cuius est victoria et bellũ nõ multitudinis) ipm sathanã cum satelli
bus suis sub pedibus vestris cõterere valeatis. Licet enim in multitudine cõfidat et fe

170

ritate suorum. plures tamē sunt qui nobiscum sunt immo dñs ipe militiarū pro cuius fide et religione pugnatis ita q̄ centū ex vobis persequi et superare valeant mille ex illis et mille ex vobis decē milia. Ignauia enī et imperitia belli innata sunt eis. Hec in substantia sunt in litteris predictis et si aliqualiter verba sint immutata tē.

De nigroponti captione.

Fidelis quidem et prepotens vrbs Nigropontensis christiane nominis tī tulo. fideq̄ insignis. abolim venetiane ditioni et potentatui subiecta. ciuitas profecto opido populosa. negociosa. sed et rerum omniū opulentissima. ciuiū q̄ optimorum refertissima. terra q̄z et mari diligentissime munita. portu p̄sertim tutissimo de mari gaudens. deniq̄ muris et membus et turribus firmissimis vndiq̄ cincta et circumsepta. ita vt prorsus inexpugnabilis omniū opinione crederet. Que etiam ciuitas Calcides alio vocabulo cognominata dinoscitur. in insula Euboia sita. Insula inquā in frumento. vino et oleo cunctisq̄ terre nascentibus maiorē in modū fertilis et fecūda. potissimū autē aptis valde pro nauiū galearūq̄ fabrica lignis abundās hoc modo sub turcorum venit potestatē et direptionē. capta et expugnata Anno dñice incarnationis Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo vertente 1471
Clarissimis quidē venetis semper abolim turcos opido fuisse infestos. tum ob eorū in christū fidem sincerā. tum etiam maximū eor. cui inuidebant potentiā. nemo qui grauissima inter eos bincinde habita discidia. bella vltro citroq̄ fortiter gesta. guerrarū strepitus et cruentos sepe cōgressus legit vel audit dubitare potest. Hinc itaq̄ et hostili odio in ipos venetos turcus infectus. et nobilis atq̄ pdiuitis vrbis Calcidis euboie situs oportunitate. opibus quoq̄ et celebritatis gloria allectus. Anno quo supra Omarium bechum principem bassam cognominatū tyrannus ipe mahumet cum exercitu copioso nauali et terrestri ad expugnandā ciuitatem ipam Nigropontensem destinauit. Tandem post longam vrbis obsidionē ipemet cum longe copiosiori exercitu ex bizantio admouit. ponteq̄ facto ex nauibus trans aquam pfundam satis et latam que vrbem preterfluit. militem in litus traiecit. et ex ea parte qua nō putabatur muros aggreditur machinis. quatit oppugnat. iactuq̄ plurimor lapidum spericorū diruere festinat. Flamz traditor quidam omniū nequiss. mus atq̄ pessimus. machinarum scz omniū que in ciuitate in menubus et turribus atq̄ ppugnaculis erant magister et p̄fectus Thomas scz liburni cognominatus. signum turcis dedit. vt in loco siue stationis muros vbi debiliores erant. bombardarū ictibus verberarent facile ruituros. quod et factum est. Sicq̄ proditione res acta est nō equo marte pugnatum. Interea classis venetiana in subsidiū et tutelam vrbis et ciuium obsessorū missa. negligentius agens. vagabat p mare. capiendis Januensium et Catbalonior aliorūq̄ christianor nauibus intenta magis. quibz ad suam firmandā classem ratibus adiunctis. venetianus capitan⁹ cuius rei gratia aduenerat nō satis probe est p̄secutus. Cum enim prepotentē nimis iam haberet classem. que rem cōficere p̄spere deo p̄picio potuisset ad insulam quidem euboie p̄erauit. secq̄ ostendens maximā obsessis iam vndiq̄ ciuibus ex vrbe spectantibus leticiam suo aduentu infudit. Ita vt manus vtraq̄ p animi et cordis exultatione et iocunditate expanderent in celum. sed frustrauit eos iniquus ille capitaneus spe sua opinione fefellit. turbauit exitu infausto. tristicia effecit ingenti. haud dubium quin longe maiori q̄z ante gaudio letificarat. Nam cum tanta esset fretus classe ipe formidolosus. inter inimicorum morsus mortisq̄ horrende cruciatus ciues fideles dereliquit. et p̄clare vrbis miserandam direptionem p̄spiciens. nil prorsus effecit neq̄ propius voluit applicare. cū tamen omnes pontes quos turci fecerant. facile sua classe armatissima irrumpere potuisset. Tunq̄ omnes singularum patroni nauium p classem passim cōtra eum conclamarent. grauiterq̄ omnino suā negligentiā ferrent. crebro ingeminantes cur trepidaret cur nō accederet cur de industria tam insignē tam fidelem tam opulentā ciuitatē perdi tum iri permitteret. Ille surda hec aure hauriens in eodem loco immobilis inmotusq̄

permansit. Itaq; dū in mari nil agitur et classis inuacuū pcuerat fixa. atq; defensionis signū obsessis ciuib; nullū prsus datur. quin potius tutationis fiducia sub oculis eripi tur. turcoz princeps animosius agens. res bellicas fauentib; fatis. pspere votiueq; p sequit. ad menia pperat intrepidus. assultū parat. ordinat pflictū. et qō in talib; cōtucit plurimū. accitis militib; accurata eos oōe cozroborat. pmia etiā magna pollicēs his qui primi muros cōscenderet. atq; ita vniuersoz animos adeo reddidit in prelii auidos et accensos. q per duas dies noctesq; ptinuas cum ingenti fragoze summo studio viq; maxima vrbem oppugnabāt. Quanq; enī a ciuibus deintus machinis grauissime vulnerarentur. ac inter bombardarū ictus veluti canes interficerent. repellerenturq; eminus nonnūq;. omniū generū missilibus. suoz tamē inter necē et stragē innumeram. plurimāq; mortis imaginē. tanto cū impetu et conatu turci irruptos occuparūt muros immo tanta alacritate alter alteri succedere cōtendebat. vt coz nemo pedē referre. stare nemo cōpertus sit. cuncti vero animosissime assilire visi. quanq; frequentissimi interirēt bis eos muris aduolasse ferunt. bis inde fuisse pcipitatos nostroz audacia. tandē vero vbi nostri auxilio classis quā sub oculis cernebāt penitus destituti. longaq; defatigati oppugnatione et exhausti laboribz. rem omnē perditā vident. fracti animis in vrbis forū pariter cōueniunt. et cōfortati diui sacramenti eucharistie vel cōspectione vel sumptione. irrumpentib; iam turcis. manus enixissime cū eis cōserunt. trucidant quotquot possunt. neciq; dant innumeros. et orcis infernalib; immittunt. donec tandē. et ipi pro christi fide cōstantissime agonisantes. mortē subeunt haud dubiū beatam. Et quod femineo sexui magnopere gloriosum extitit. hanc inter cedem miserabilē. plurimas egregia forma fideq; feminas. tum nuptas tum virgines. armis indutas ferunt more amazonum pugnauisse. sicq; inter reliqua mortuoz cadauera fuisse reptas. quasi non antea voluissent occumbere q; pfidissimoz turcoz suis tenellis manibus effudissent cruorē. quo vel sic inimicū nobis sanguinē libassent. et pstitissent obsequiū deo in ipo sue articulo mortis. Verū viri illi ciuesq; clarissimi. proditorē illum nephariū liburni superi memoratū. superstitē habere nolētes. dignis prius supplicijs p reatu de eo sumptis crudeliter intercemerūt. Dec inter agendū. vrbis dumtaxat pretor Paulus erico appellatus in arcem cōfugit adherēntibus sibi paucis quibusdā primoribz ciuitatis. paucis aliunde euadentibus. Capta itaq; turcus vrbe. victoriaq; adepta. oēs italici generis puberes. palis acutissimis fecit affigi. alios saxis elisit. alios sectos per mediū diuisit. alios varijs penis atq; horrēdis affectos cruciatib; ad supera (haud dubiū) transmisit. grecam tm gentē sub hasta vendi pcepit. Vlñ factū est vt oīes calcidis plateet vie. cruore occisoz replerent. Interea ptoris vrbis filia vnica. virgo castissima. puella decora facie et venusto aspectu. turco ob suā pulchritudinē ingentē adducta. cum turpitudini et fedē cōmixtioni cōsentire prorsus renueret. ptinus iugulata proq; fide castitatis martyrio pculdubio coronata. sponso virginū christo sponsa ipa in euum est in celis piuncta Poro qui in arce erant data sibi a turco fide de vita seruanda. pactoq; firmato q salui euaderēt si arcem libere in deditionē traderent. exinde pfidenter exierunt. sed mox egressos ipe fidefragus tyrannus arce potitus. omnes ad vnū iussit extemplo trucidari. Dūc in modū (pfecto miserandū) ciuitate pdita. occisis incolis. cede explera. venetoz capitaneus classe soluta. q̄ olim arbitratu sola oipotentis volūtate excepta facile tantā defensasset vt bē si vir fidus et fortis fuisset. cū suo bonore. fructu nullo. obprobrio sempiterno rebus infectis. immo turpissime neglectis: venetias remeauit. moxq; apud senatū accusatus. defensionis quidē locū accepit. sed post multas inuanū adductas falsas rōnes et excusationes in peccatis. tandē nō satis dignā p meritis accepit vltionē. exilio relegatus. atq; ppetuo pfligatus cum omnibus suis a ciuitate venetiarū in oppidū cui est vocabulū Vtinum. Ita res hec finē accepit tristem prorsus et infelicē.

Hoc modo equitant turci tempore pacis dum ob aliquā solennitatē siue solatij causam. festiuiori vtuntur apparatu. Guerrarū vero tempore eodem pene habitu sed armatura alia: ensibus scz accincti cē. in prelij pergunt.



De Rhodie vrbis obsidione.

Rhodie vrbis obsidionē descripturus causas in primis narrare instituī. que turcorum tyrannū mahumetū potissime impulerūt. vt tanto conatu Rhodios aggrederet. Licet enī cum turcis nō parua discidia rhodij habuerūt abolim. tamen cum eo qui nunc imperat. post Cōstantinopolis expugnationē grauia gessere bella. Inimicus quidē vires in dies augens insolentior redditur. Cunq; quattuor et viginti circulo annorū cōplures sibi vicinas ditiones subegisset animo inflatus egre admodū egit rhodiam vrbem. equitūq; Hierosolymorū ditionem finitimā eius imperio liberam absolutāq; esse. Paratme q; diuerso tempore quattuor classibus instructis. castella et rhodioꝝ agros inuaserit. obsederit. oppugnauerit. ex quibus ignominiam discrimen et cladem reportauerit. Ex turcis nāq; multi trucidati. palo suffixi. furcis suspensi. sagittis affecti. lapidibusq; cesi. calamis preustis suffossi. gladijs obiecti membratim discerpti. perierunt. terra mariq; succubuerūt hostes. Cōspecta igitur rhodiorū militū generositate. quod vi assequi nō potuit. dolo versutia tentare decreuit. Sepius submissis sibi greculis qui sibi parent. cōfederationē cum rhodijs inire equa conditione permissa. dummodo quidpiā tributi titulo cōcederetur. Cum vero reiectum vectigal sepenumero videret. arte pacē tractat. eam ratam habet si tacita tributi cōditione orator Hierosolymorū cum munusculis tribunal suū adeat. Arbitratus quidē se munera tributi titulo accepturū. que rhodioꝝ magister munera vocitaret. Fallitur q; hostis hoc cōdimento. nec rhodij cōditionē recipiunt. eiq; cōiungi cōtemnunt. qui fidem christi persequit. quā ex pfessionis voto tutantur. defendunt. iuuant. His de causis rabidus hostis odiuꝫ cōtra rhodios inexorabile cōcipit. mentecq; destinauit vrbem si posset perdere. et rhodioꝝ nomen penitus delere. Impulsus q; est quorundā psuasionib. qui ad turcos defecerant. abditaq; vrbis cognouerant. Inter quos primū locum obtinuit vir nephārius et perditi ingenij Antonius meligabo Rhodios non infimo loco

natus. qui rem domesticã iam pridem dilapidauerat. Is rei domestice penuria ductus diutius cogitans quonã modo rhodijs infestus esset. et patrie cladem afferret. vrbis propugnacula. turres. menia. abdita loca. munitiones. diligẽtius speculatus. ciuitatisq; situm. edificia describens ad turcum traiecit. Cõstantinopoli quoq; degens. bone pollicitationis spe vrbis potiunde data. quendã bassam greculũ ex nobili paliologoꝝ familia natum. ad nephandũ facinꝰ allexit. Secutus est huius vestigia euboicus quidã Demetrius Sophonia vir quidã supstitiosus et maleficꝰ. qui post euboicã direptionẽ ad turcũ defecit. aliqñ rhodi habitauitꝫ postea nũcij noie de pace tractauit. hic etiã suasor obsidionis extitit. Exactis itaq; his in oriundis suadẽdisq; annis triby. tandẽ res basse placuit. Profuit ad id inducendũ apostatarũ plurimoꝝ qui fidẽ abnegauerãt iniq̃tas. qui peruersoꝝ suasus probarũt. Asserebat proditor Anthonius vrbẽ nonnullis locis veteribus muris vetustate collapsis. facilime inimico patere. ac paucos ciues defensores adesse. et plerũq; cõmeatuum triticiq; penuria laborare. subsidia a longinquis regionibus rhodios expectare. que tempori adesse nõ poterint. Idem testatur demetrius Id quoq; sequaces astipulant. His iactis fundamẽtis suadebãt facinus aggredi oportere. Dum hec Bizantij agitarentur. Rhodioꝝ clarissimus princeps ac magister Petrus danbusson vir quidem magno et excellenti ingenio ac prudentia. illustri familia apud galliam celticã natus. quem ea nõ latebant. diuino instinctu doctus vetustiora vobis loca delapsa et minus inuenta toto triennio magnifice erexit. muniuit. ampliauit. excogitauitq; frumenti. vini magnã ꝫ commeatuum copiam comparare. Religiososq; et mercennarios milites accire quo vrbem tueretur pro quibus deuehendis et conducendis epistolas mandatorias ad diuersas vrbis prouincias destinauit. Ita nutu dei et magistri opera ciuitas munitur. commeatus cõparantur. naues ac milites ad tuitionem accedunt. Proditor Anthonius horum inscius ai bitratus omnia apud rhodios negligentius pteriri. Instigat bassam vt properet et rem memoratu dignã aggrediatur. idipm suadere conatur demetrius. Quo effectum est vt bassam ad turcum ea ex ordine referret. Sepius quoq; inter turci satellites re agitata de rhodie vrbis expugnatione cõsultatur. de qua varia orik sententia. quibusdam narrantibus rem penitus inanem esse. nec id posse facile cõsequi ob vrbis magnificentiã et militum generositatẽ. qui asiaticis pares censeri nõ debent. quibus mortem potius opetere q̃ aliquid turpiter imbecillo q̃ agere animo est. alijs rem facilem causis assertis affirmantibus. nec tamẽ paruo tempore quibusuis magistrum prouidisse. Quare si cum celeritate atq; diligẽtia exercitus maritimus atq; terrestris compareꝫ. vrbem haud dubio expugnaturum iri putant. Accersiuntur ad hanc cõsultationem diffiniendam machinarũ viri periti. inter quos numeratus est Georgius vir vafro subtiliq; ingenio qui ex cijs ad turcum dudũ defecerat Cõstantinopoli quoq; degens vxorem et liberos nutriebat. a turco dilectꝰ et plurimis gratijs dotatus. Is aliquando rhodi fuerat. vrbemq; tabula designauerat. sed tunc nõ tam munita fuerat. Preterierant nãq; anni viginti ab eo tempore quo eam viderat. Describserunt quoq; et turci iussu plures egregij artifices rhodie vrbis situm. sed Georgiꝰ cunctos superauit. Magnis itaq; rationibus adductis. vicit tandem sentẽtia vt vrbis oppugnationi magna fieret. huic fundamẽto inherentes. nullos tam crassos muros esse qui machinarũ impetu demoliri nõ queant. magnamq; turci esse potentiã. qui duo imperia. duodecim regna. tot puincias. totq; vrbes subegit. Postem quoq; nõ parum monuit. Rhodie vrbis situs ad cõparandas classes aptissimus. insuleq; celebritas magnis laudibus ab antiquis predicata. quam ob loci magnificentiam. aeris salubritatẽ. et ad orientis prouincias christianorum subigendas cõmoditatem: potentes quondã romani beniuolam et sibi amicam reddidere. Putatq; si hoc potius fuerit. finitimis subactis ditionibꝫ fines suos p egeũ ioniũq; facile pelagꝰ perlaturũ. Resistentibꝫ itaq; quibusdam pclaris bassis in sinistrũ psagientibus. classis instauraꝫ. exercituscq; cõparatur. Decretũq; est vt milites terrestres iter faciant. traiectoq; hellesponto per Asiã in Liciã que rhodioꝝ insule adiacet pergãt. et per fretũ liciũ a phisco antiqua cõtinentis ciuitate duo de viginti milibus passuũ distante rhodiũ nauigent. reliquus vero machinarum

a ptab Cauria 2 Tp. Si
a 12 Regna

et belli ingeniorũ apparatus cum parte copiarũ classe deuehit. Bassa paliologus expe
ditionis pfectus classem cõscendens Antonium perquiri iubet. quẽ paulo ante morte
turpiter obisse cõperit. Accersito igitur demetrio satellitẽ adhibet. Tunc passim rumor
exijt classem et copiosum exercitũ in rhodios parari. Turcus vt hec res lateret. aditus
portus. passus custodit. phibetq; ne quis nunciũ deferat. Sed non valuit eius astutia
magistri sollertiã phibere. qui assidue litteris et nunciis ex turchia apparatuz intelligit.
nõnulli quoq; ex nunciis in dolo versati sunt. Nam cum exercitus in licia degeret classem
operientes affirmauerũt vita excessisse turcum et ex alijs causis exercitũ illic adesse.
Dum hic rerũ status esset. summa cura princeps noster hostiuz dolos acute pspiciens
cuncta disponit. et de presidijs Langonis castelli sancti Petri feracli. lindi. moneleti or
dinat que loca defensoribꝰ comeatibꝰ machinis et ceteris bellis aptis muniunt. Omnis plebs cum suppellectili rhodum et oppida intrat. ordei quod maturũ fuit colligitur
ẽt totius frumentũ crudum (nondũ enim messis aderat) quod vrbẽ circundabat. prout
cuilibet facultas fuit. populus eradicat. colligit. et in domos portat. Dum hec magno
cum tumultu agerent. vigil in specula montis qui in occidentẽ vergit sacello sancti ste
phani sacri nunciat classem apparere. extensisq; velis nauigare. Magna quippe populi
frequentia ad hoc spectandũ cõcurrit. tota ciuitate trepidatur. populiq; clamore cuncta
resonant. classis phiscum nauigare ꝓperat vt milites qui terrestre iter fecerant cõscendãt
et rhodioꝝ freto transito repente velis cõuersis ad nostra declinat litora. Apulit itaq;
ea classis velorum centum.

Decimo kalendas Junij Anno incarnationis verbi diuini Millesimoquadringen
tesimooctuagesimo. militeq; primũ in terrã exposito in vertice montis sancti Stepha
ni et circa eius montis colles castrametati sunt. machinas quoq; et bellica ingenia in li
tus exonerant eo in loco quẽ ab ipo monte defluens aqua abluit qui a rhodijs obice
collis spectari nõ potest. His peractis pars ad deuehendũ terrestrẽ exercitũ phiscũ na
uigat. In classis aduentu quidã thurci equestres pedestresq; versus vrbis menia auda
cia quadã freti irruunt. eruptione autẽ a nostris facta hostes fugantur. fundunt. quidã
quoq; ex eis trucidantur. Postea dum nostri ꝓmesarent altera eruptione facta turci ꝓ
pelluntur cadũtq; nõnulli. ex nostris vero miles vnus perijt. qui incautus manũ conse
rebat cuius spolia et cadauer nostri sibi vendicant. turci capite abscisso illud lancee suffi
gunt. ad suos ꝙz cum plausu reuertuntur. Postridie eius diei qua classis appulit. hostes
tres ingentes machinas in ortis ecclesie sancti Antonij vicinis. arboribꝰ omnis gene
ris fructũ cõsitis collocat. turrim ꝙz sancto Nicolao dicatã in vertice molis sitam op
pugnare conatur. easq; machinas ligneariꝰ munitionũ ꝓpugnaculis operiũt defendũt
q;. Nostri vero munimentis que repara vocant cõspectis. tria tormẽta que bombarda
vocant ab hostium dextera in ortulo palatij militũ auerniorũ statuunt. eiusq; diei diluculo Georgius machinarũ egregius artifex de quo habitus est sermo repente ad fosse
ripam que magistri palatiũ munit visus est. amice omnes salutans clamansq; vt introducatur. ab rerũ ignaris pene cõfoditur. defenditur ab alijs. ex temploq; ad magistrũ
perducit. Vir enĩ erat corpore procero. forma eleganti. satis eloquens. magna astutia.
cui germania patria est. Rogatus de causa aduẽtus respondit zelo fidei cõpulsus et pu
blico christiane religionis cõmodo suasus ad nostros defeciss̃e. placide excipit. laudaturq; ꝓpositum si in eo persistat. De hostis exercitusq; habitu dispositione qualitate cõsultus cõstanter. prudenter. intrepideq; respondit. Inter cetera edocet numerũ militum
omnis generis centũ milia vel circiter adesse. classem eam quã diximus machinas sede
cim ingentes deuexisse. quarũ longitudinis dimensio duorũ palmorũ et viginti fertur.
que vehemẽtissimo velocissimoq; iactu globos saxeos rotunditatis palmoꝝ nouẽ ple
roscq vndecim torquent. De huius viri defectione varie quidẽ sentẽtie suborũt. Quidam exploratorẽ affirmant. et fugam cõmento asseruisse vt rhodios fallat. Nõnullorũ
assertio fuit eum callidũ ⁊ male ficũ virum esse. multaq; olim effinxisse. Quibusdã aljs
sentientibus. et in bonam partẽ defectionẽ interpretantibꝰ. q; prudens esset et penitens
erroris id fecerit. sapideq; intelligeret hec rhodijs machinare nõ posse vbi tã prudentẽ

principem et expertissimos milites sciret degere. Augent suspitiones epistole ex castris turcorum in ciuitatē sagittis misse. que Georgiū insumulant et ab eo cauendū esse dicūt tant. Magister ingenio solers et pspicax Georgiū arta custodia seruari iubet. sex robustissimis comitibus adhibitis. in his que machinaruz iactū et bellox ingenia spectant ipius arte caute vtitur. Omni igitur conatu turci ad expugnationē turris et molis sancti Nicolai incumbūt. si hmōi potiant. putant vrbem in suam potestatē facile venturā Est enī moles ipa trecentox circiter passuum in mare ptensa miro artificio ab antiquis manufacta. que suo pgressu portū triremibus apti a parte occidentis efficit. Cui⁹ introitus cautibus cōcludit. vt triremis introire vix possit. In molis quidē vertice septentrionem spectante arx de qua sermo est. magnifice nostra etate erecta est. vbi priscis temporibz colosus ille ingēs rhodius vnū de septē mirabilibz mūdi posit⁹ erat. Qui post tres et quinquaginta annos quo fusus est terremotu corruit. oscz portus rhodū spectat Machinis qz illic collocatis sublimes quedā turres que portū claudunt valide oppugnari ac dirui. naues qz ne portū subeant. phiberi. baud difficile pōt. Loci igit et turris opportunitate hostis allectus. omni conatu arcem aggredit. quatit oppugnat. iactuqz trecentorū lapidum spericorū diruit eam. pstim partem que occidentē spectat. Ruina quidē turrim munit. Licet enī suo pondere ictuūqz vehemētia saxa ingentia ex quibus edificata erat laberentur. tñ materia calce arena et lapillis immixtis confecta adeo demoliri nō potuit quin turris potior pars staret. ex quo facilis ascensus hosti negetur. tertio fuit tanti edificij lapsus. Multorū enim annorū opus illustre. temporis momēto ruit. Preter qz plurimox opinionē: ingentes et impetuose machine. illam arcem lacerant. deturpant. deuastant. Cum autē turris labefacta vix tutabilis videret. statuit magister industria. ingenio. vigilantia. roboreqz. militū eam arcem tutari. qui murorū crassitudine defendi nō potuit. Adhibitis viribus summa cura parantur que turri et moli presidio sint. Milites igitur in primis strennuissimi deliguntur qui locū defendāt. vallumqz ex lignis efficitur quod turrim claudat. fossamqz cautibus excisis circumducūt. Collocatur in turri presidiū validum p loci capacitate. Turris nāqz iussu magistri qui assiduo cogitatu tuitioni loci inuigilans nō formidat. cimba vectus diruptā arcem visere dum machine lapides torquerent calce et lapide opletur vt locus vix cōmilitonum capax reddatur. Cōstituitur et aliud presidiū equestriū 7 pedestriū in antemurali. quod a turri sancti Petri ad inferiorē mandrachij partē protendit. qui transitum turris phibeant. Humile nanqz mare et vadosum illic transiri potest. vbi et vegetum munitiones parate. et tabule clauorū in fixione infeste in pfundo fixe sunt. que impedumento essent hosti vadenti. In vallo autē radicis molis milites electissimi locati sunt qui pugnantibus nostris presidio sint. Vbi magister insignis armis auroqz fulgens facinori clarissimo intendebat. Disponunt ea parte murorū vrbis bombarde et tormenta que triremes et turcorū nauigia expugnent. pfringantqz. Prope qz cautes eius arcis cimbe cōbustibilibus cōplete stationem habent. que in oppugnatione incendant et hostium classi incendiū afferant. His rebus magno subtiliqz ingenio dispositis fiunt vigilie. prestolatur hostiū inuasio. Demum exorto lucifero. dum zephiri placide flarent. turcorū triremes a litore cautium montis sancti Stephani soluunt superatoqz saburre promontorio nauigant. eamqz turrim pugnant. Primo congressu anteqz in terrā descendant ingenti clamore et tympanox sono voces edunt. vt terrori multitudo sit. Nostri autē in armis dispositi presto adsunt. Cum enim triremes turrim pugnant. machine saxa iaciūt. pstidium quod in turri locatū erat armoz. vi. balistis. iactuqz lapidū. hostem pulsat. Pelluntur turci. fugantur. trucidant. Ea in pugna quemadmodū postea a pfugis relatum est. septingēti turci interiere. plurimi vero vulnerati sunt. Victoria potitus princeps insigni equo vectus illustri comitatus phalanga. vrbem more triumphantis intrant. sacellumqz quo imago sacratissime virginis philermi montis miraculis percelebris posita erat. visitans gratias agit. et demū ad reficiendos animos militū domū reuertitur. Perdita tunc spe arcis molisqz potiunde. visoqz valido pstidio turci grandioribz viribus arcem aggredi. aliaqz loca oppugnare. menia diruere studēt. vt defensoribz distractis. vno

momento molem et loca dirupta inuadant. ne vires nostrorꝫ vnite essent. et dum diuersas partes tutari cogitaremus. negligentius in mole res agitur. Sequenti igitur nocte magno clamore virorũ onera subeuntiuꝫ cuncta resonant. machinas ad menia hebreorum vehunt. Ante hos muros octo ingentes machinas collocant que munitionibus defense in menia saxa grandia iaciunt. Aliam machinã prope radicem molis que ad septentrionẽ vergit. in cuius vertice damnati: extremo afficiunt supplicio. ponunt que in vertice montis molis molendinorꝫ. se in molendina supra molẽ edificata globos saxeos torqueat. Hostiũ ꝓposito agnito magister solita prudentia cuncta dirigens. diuinis supplicationibus cum populo et cõmilitonib innitens. munitiones ad interiora vrbis parat. Judeorꝫ edes que in pomerio erecte erant diruunt. vallum paratur. fossa cauatur et murus fosse summe arte et diligẽtia obꝯcitur. Inter diu noctuqꝫ operi intendit. Non magister. nõ baiulini. nõ priores. nõ milites. nõ ciues. nõ negociatores. nõ matrone. nõ nupte. nõ virgines operevacant. lapides. terrã. calcẽ humeris portant. Auro argẽto suppellectili nõ parcitur. vt publice saluti cõsulat. Machine hostiũ vehementissimo impetu menia quatiunt. et facie egregiorꝫ lapidũ diruunt. Tanta enĩ erat iactus violentia tormentorũ. vt oĩbus admirationi fuerit. Nullusqꝫ rhodi degens vbi ex omni natione latini noĩs nõnulli versabant cõpertus est qui non affirmaret vllo vnqꝫ tpe tales machinas vidisse aut audiuisse. Ad qꝫ Georgius pfuga affirmauit. et nusqꝫ terrarũ tam grandes inueniri asserit. Dum enim saxa iaciũt in lapidũ exitu sonus ingens editur. qui toni trui instar resonat. fumusqꝫ tanqꝫ nubes crassa diuturno tpe in aere vento fertur. quorũ sonus plerũqꝫ ab oppidanis castelli rubei auditus est. quod a rhodis centũ milib passuum orientẽ versus distat. Ipe qꝫ machine mirabilius quoddã efficiebãt. Machinarum posteriora in munitionẽ que palis terre affixis fabricat. tam grandẽ impetũ reddebant. vt instar motus terre. edificia vrbis paululũ hoc pulsu mouerent. Spe igitur in meniũ tuitione perdita. totis viribꝫ vallo fossa et munitionib interioribus tutamen cõstituimus. Nec hec hosti sufficiunt. Aggredit quippe alio terrore vexare. Collocat enĩ omni ex pte tormẽta et mortaria que ex transuerso edificia vrbis verberãt. diruant. mortalesqꝫ cõterant. Hec tormenta mortaria dicta. interdiu noctuqꝫ saxa in aera sublime iaciunt. Erat quippe populo ingenti terrori. qui in aere tam grandes globos saxeos cõspiciebat. Nõ enim paruã anxietatẽ id nostris incussit. Plus tamen noctu qꝫ interdiu terroris attulit. Nullus in priuatis domib tutus videbat. Quilibet latebras querebat. verũ ei vulneri mens humana medetur. Jussu magistri mulieres infantes et omnis imbecillis etas. in pomerio collocatur. et crassa trabe protegit. Ea nanqꝫ ingenia raro illic decidunt. Ad vrbis quippe frequentiora loca dirigunt vt mortales cõterant. domosqꝫ quatiant. Juuenes vero et robusti qui interdiu saxa suscipiebant. tormenta facile vitabant. Noctu autẽ quidã caueas subterraneas. quidã valuas crassissimas. quidã fornices et sacras edes querentes sub eis trepidũ somnũ carpebant. Hoc quoqꝫ miraculo fuit nutuqꝫ dei factum esse baud aliter credit. qui publicis supplicationibus assidue ecclesijs et altaribus exorabat. et cum plura saxa machine torquerent. pauci tamẽ mortales et quedã bruta eorum iactu interierunt que potius domorũ ruina iactu lapidis collapsarũ qꝫ saxei globi pondere attrita sunt. Hostes quoqꝫ id parum arbitrati. duas machinas ex grandioribus in eminentiori loco qui ad hesperũ vergit. ex quo prospicitur collocant. que assidue vrbem et loca edificijs frequentiora saxa torquent. Hec ipe machine licet terrori essent. damnũ insigne ediderunt. nec mortales occiderunt. prepedite nõ ambigo orationib que deo. eius genitrici intemerate et beato Johanni baptiste fiebant. Bassa vero principis nostri vigilantiam et ingenium conatibus suis inficere conijectans. Magistrum dolo interficere aggressus est. submissis quibusdam qui defectionis pretextu eum adorirentur. Quo cuecto arbitratur rerum facile potiturũ. Hoc quidem nephandum facinus perfuga quidam veneno perficere statuit. comite accito qui postridie cum tosico vrbem intraret. His perfugis bassa grandia pollicetur. facinus perficiant. Qui prior ingressus est examini prudentum. vt certi subꝯcitur. contrarijs

sermonibus deprehẽditur.crimenq; vltro pandit. Donetq; vt caueat princeps. quia plurime in eum sunt parate insidie. Damnatus perfuga.securi percussus interijt. Cum vero sceleris comes venenũ gestans ad nos transiret.a quibusdã vix cõfoditur. Ãi pterritus ad turcos reuertitur. Dum hostis italie stationis menia oppugnat. nocte ad ripam fosse munitionẽ ac repara. diligentius erigit.hostilibus munimentis fosse adhibitis cõspectis.de his dirimendis cõsilium agitur. Deliguñ fortissimi iuuenes quinquaginta. quibus miles ordinis pficitur egregi⁹. Eruptione itaq; facta.per fossas occulto nostri vadunt. Vbi ad partẽ munitioni obiectã ventum est. scalis erectis ripaq; fosse extemplo cõscendunt sagittis.gladijs et saxis hostes persequuntur.fugãt. trucidant. Ea in pugna turci decẽ gladio cesi sunt: munitio fracta. Egregij iuuenes victoria potiti. quattuor capitibus hastis affixis vrbem ouantes intrant. oppidanoq; ingenti plausu excipiuntur. Magister victores muneribus donat.ad incitandum iuuenũ animos z alios ad quecq; egregie obeunda alliciẽdos. Paucis diebus interiectis. turci turris potiunde desiderio cõpulsi.superioriq; repulsa accensi.arcem sancti Nicolai grandiori conatu arte et ingenio aggrediuntur.munimenta q̃z et ꝓpugnacula iactu machinarũ demoliunt. Qõ pteritur:summa diligentia restituit.parant ad cõflictum ligneũ pontem.qui ex sacello sancti Antonij turris in molem transitũ prebeat. Pons autẽ ex lignis varijs vegetibus cõnexis.quibus asseres clauis cõfixe erant cõstruitur.latitudo sex militũ equo gradu frontem in mare turci ad ripam molis traducere ingenio ꝓponunt. Anchoram enĩ rudenti alligatã quo fune pons religatus erat circa molem hostes in mare deuebunt.vt tracto fune anchoraq; mordaci dente renitente pons in vlteriorẽ molis ripam natare cõpellatur. A nostris arte cognita nauta quidã rerum maritimarũ non ignarus.noctu vndis se obruit.anchoram soluit fune cautibus remissius alligato.qui parua vi dissoluat. Egregium facinus ad magistrũ detulit.qui aureo munere donatus.gaudens comitũ plausu ad stationẽ molis reuertitur. Turci cõperto dolo cum primum pontis diectione expe riuntur.decepti statuũt scaffarũ remigio.pontem ad ripam transuehere. Hostis quoq; tante rei intentus.ad oppugnationẽ triremes triginta parat.bene quidez munitas et ad cõflictum ornatas. Preter has q̃z adiũciunt nõnulla oneraria nauigia.parandarias vulgo dictas.ex quibus quedã machinis et saxeis globis tormentis adaptatis onuste fuere vt si turris victoria potirent repente ex eo loco portum turres mentaq; diruerent.prosternerent.demolirent. Nec ptermittũt celeriores cymbas disponere que turcoꝝ strenuissimos quosq; ad molem deuehant.qui primi nostros aggrediant.et cum eis manũ cõserant.quibus pliantibus ceteri ex ponte et triremibus in molẽ descendant. Imponunt̃q; triremibus et parandarijs nõ paruas machinas quibus nostros ꝓsternere possent. Grandes quoq; machine que turrim diruerant ad tempus ineundi cõflictus officio fungantur. Princeps vero noster rerum summe inuigilans subtiliq; ingenio et solerti mente cuncta diiudicans.fretus strennuissimi cuiusq; cõmilitonis sententia qui ex occidentali natione aderãt.nec defuerũt pleriq; indigene.greci.ingenio manuq; promptis.summa cura arcis defensioni cõsulit. Suspicati enĩ post primã pugnam qõ cõtigit. turris et moles ꝓpugnaculis.fossa falloq; abundantiusq; munit.accersitis operarijs fere mille qui inter diu noctuq; cautibus excisis.rupibusq; demolitis qõ expetitur confitiunt.nec impensarũ parcitur sarcinis. Presidia q̃z in turris ruina collocant. pariter et alia ꝓsidia in radice molis disponuntur. que nostris casu vrgente opitulentur. Rebus sic ad pugnam paratis subdubitauere nostri.ne turci duobus locis vrbem eodem momento aggrederentur.vt vires partirentur.et quod cupiunt facilius conficiant.

Cui incõmoditati et periculo magistri prudentia prouidit. Presidia quoq; robustissimorum in menibus iudeorum ac italie stationis que iam iactu machinarum partim demolita erant statuit.qui tuitioni intendant.nec suo sine iussu discedant. Non est qui sane non diiudicaret ac sentiret nostram salutem in turris tuitione collocatam esse. Quotit vt vno ore oẽs tanq; fideles veri athlete eius tuitioni cõsulerent.et vt cõmune xpianoꝝ domiciliũ seruarent. In quo plurimoꝝ equitũ Hierosolymoꝝ ac nobiliũ infimorũq;

latinorum pariter grecorũ rhodiorũq; virtus et animositas emicuit. qui cõcordi audacia et animositate asylum et tutissimuz christianorũ refugium rhodiam vrbem tutant. Duo mercennarij iuuenes qui turris presidio asscripti sunt cõprehendunt arma in pelagus deiecisse. qui facinore perpetrato ad turcum deficere ꝓponunt. Crimine damnati capitis supplicio afficiuntur. Ad turris demũ oppugnationẽ turci terciodecimo kalendas Julij in tempesta nocte terra mariq; summo silentio accedunt. Vbi vero pugnam inire conantur. grandi cum clamore timpanorũq; sono inuadunt. Nostri quidẽ arrectis auribus: hostium impetũ cõperientes. vbi eos adesse cõperiunt. gladios stringunt. balistis et tormentoꝝ iactu hostes lacessunt. deturbantq;. Hostium triremes ac cymbe litoribus adherent. Pons q̃z traducitur quo cõscenso hostes transeunt. Nostre quidez machine in muris collocate globos saxeos torquẽt. Pons natans frangitur. turci merguntur. quattuor q̃z triremes et nauigia tormentis onusta iactu machinarũ ꝓsternuntur: et vndis obruuntur. Turci frequentes qui ex cymbis et triremibus in molem descẽderant. a nostris ceduntur. trucidantur q;. Ignes etiam in classem solutis lintribus immittuntur. Nec turci impigri bombardis respondent. ignes iaciunt. sagittas impetuosissimas ex balistis et cathapultis torquent. Magna vi in obscuro. nisi dum ignes iaculati lucem plerũq; preberẽt. Acriter pugnatur. et media nocte vsq; ad horã decimam diei sequentis durans pugna ꝓpulsatisq; hostibus victisq; dirimitur. Vidisses toto triduo hostiũ cadauera litore iacentia auro argẽto. insigniq; veste fulgentia et cõplura mari fluctuantia que pelagi estus vt natura solet in superficie ferebat. quorũ spoliis cõplures potiti sunt. et ex his nõ parũ comodi vendicãt. Insignis quidẽ hec pugna fuit morte clarorũ virorꝫ qui turcis ꝑerant. quorũ interitus merorẽ et luctum hosti attulit. ꝑsertim generis turci viri quidam strennuissimi a turcoq; dilecti: moꝛs magno fuit merori. Cuius cadauer post triduũ mari ebulliente in molis litus deuectũ reperitur. ciusq; spoliꝫs quidã ex nostris potitur. Perfuge qui post prelium ad nostros defecerunt edocent exercitum magnã cladẽ accepisse. turcosq; ea in pugna duo milia quingentos cecidisse. ex eoq; bassam ingentem merorẽ cõcepisse. qui tres dies intra papiliones. frequentia cõmilitonũ ꝓhibita se cõtinuit. et stragem turco celerius denunciat. eo q̃z mens eius roditur q; post tantã ruinam turri illatam arce potiri nõ potuerit. Et q; tantã in eius oppugnatione ignominiã acceperit. existimans turcensem numerosum exercitũ inualidũ esse qui turrim diruptam expugnare nõ valuerit. Cum autẽ turci spem turris expugnande perdidissent conatũ. studium. industriã. omnesq; vires ad ciuitatẽ omni ex parte oppugnandam cõuertunt. Et licet ad menia iudeorũ. ac italie stationis animũ potissime cõuertant. nõ cessant tñ circumquaq; muros verberare et demoliri. Hostis ceptum opus cõtinuat assiduoq; conatu aggreditur ꝓpositum cõficere. Excogitant itaq; turci ad vrbẽ ingenio occulto ꝓinquare fossas laborinthi ꝑ similes effodiunt quas lignis arborũ ramusculis cõtextis edificant terraq; operiunt. vt latenter ad fossas vrbis accedant. Propugnacula quoq; multis in locis cratibus de viminibus cõtextis edificant. ex quibus assidue sagittant. colubrinis q̃z ac serpentinis nostros deturbant. fatigant. pensant q̃q; eis cõducere et aliquã partem fosse que menibus adiacet opplere. Opera itaq; ab hoste adhibita lapides ꝓgerere nõ cessant. et occulto in fossaz iaciũt. Operis assiduitate pars fosse opletur. antemurale q̃z equatur. ex quo et murorũ ruina in dorsi formã redacta facilimus cõscensus in menia efficitur. Precellentissimus princeps noster rhodiorũ magister his cõspectis diuino quodam ingenio agendis incumbens nil ptermittere decreuit quod saluti vrbis conducere videatur. Maturitateq; ac solita modestia vtens militibus ad contionem vocatis conatus et discrimina grauiter et prudenter explicat. Adherebat enim lateri nobilissimus eius frater excellens miles Antonius danbusson dominus de montelio ad vicecomitem. vir quidem consilio et armis clarus. qui paulo ante ex gallijs robustis comitatus viris orientem sancti sepulchri visitandi gratia cupiens summopere tam glorioso certamini interesse transfretarat. Is enim a fratre patrum decreto ob fidei integritatem. agendorũ experientiaz artisq; militaris disciplinam commilitonum dux et vrbis capitaneus designatus magnanimi ⁊ prudentis capitanei

munia obȳt.et rerū ſumme cōſulit. Aderant nō pauci equites Hieroſolymorū p̄cellen
tes baiulini p̄iores.ſenatorij ordinis p̄ceptores et fratres nobilibus familȳs in occidē
tali plaga nati. Affuerūt negociatores p̄udētia pollentes.ac rhodij ciues.greci quoq;
ingenio p̄diti qui vnanimi cōſenſu de tutanda vrbe cōſultant. Excelluit ꝓfecto pluri
morum cuiuſcq; generis aſtantium ꝓbitas.generoſitas.virtus.ac magnanimitas. quo
rum ſentētijs excuſſis p̄incipis noſtri ſollertia.quod optimū diiudicatū eſt elegit. Mo
ſtri vero cuiuſdā experti ſuaſu.machinam verſilem quod tribuccū vocant.ingentia ſaxa
in munitiones et hoſtium foſſas torquens erigere ſtatuūt. Edificaturq; celeriter machi
na periti viri ſententia.nautarū et architectoꝝ opera. Que vbi erecta eſt:vir peritus gra
uia ſaxa in hoſtes iacit.multoſq; cōterit.munimenta diruit. damnaq; intulit.nō parui
pendenda. Excogitatū quoq; eſt eam partē foſſe que lapidibus a turcis oppleta erat e
uacuare. Sed cum id palam effici nō poſſet.cuniculo in pomerio effoſſo extitū ſub lapi
dibus noſtri habent.et clam lapides in vrbem cōportant. Sentiunt profecto turci qui
foſſe ꝓpinqui erant lapidū cōgeriem minui.et aſcenſus opportunitatē adimi.niſi q̄totius
quod cupiunt efficiāt. Atroci enim muroꝝ ruina cōſpecta.ſtatuitur munitionibus in
niti.que impetū machinarū ſuſtineant. Muroꝝ igitur lapſui munimenta et repara no
ſtri obȳciunt.que in hunc facta ſunt modū. Murus craſſitudinis palmoꝝ duorum in
pomerio ex oppoſito meniū ducitur.paliq; ex robuſtiſſimo ligno terre infigūtur. glis ra
muſculis fruticibus q̄z intermixtis intus ponitur.aſſiduoq; attritu infuſa aqua firmat:
denſaturq;. Prouident inſup ingenijs hoſtes in ipō cōgreſſu ꝓpellere et ꝓpulſare. Ignef
q; artificioſos parant varijs modis recōditos.cadis piceſulphure.cōbuſtibiliq; mate
ria repletis.ac ſacculis laminis ferreis.puluereq; machinarū refertis.q̄ ingenia exitio
hoſti futura ſint. Ingens p̄terea cylindroꝝ copia afferk.que in hoſtes ruant coſq; p̄te
rant. Varia quoq; ꝓpugnaculoꝝ forma editur que turcis impedimento:noſtris ſint ad
iumento. Delectabant cōſpicientes viroꝝ ingenia que remedia excogitabāt ac plaude
bant. Adducitur Georgius proditor forti comitatus caterua ad cuſtodiā data. Cōſul
tus de his que tuitioni futura ſint.remiſſius tardiuſq; reſpondet. nec de ſe experimentū
ab eo expectatū p̄bet.quemadmodū pollicitus erat.ſperabat quippe vir iniquus et cal
lidus videns murorū iacturā et facilē aſcenſum per ruinā.ciuitatē in hoſtiū poteſtatem
futuram. Quedā tamen p̄tulit vt eius aſtutiam occultaret. Suadet machinā parari
que in machinas hoſtium iaciat. Quod vt factum eſt turcus machine ictus ex aduerſo
dirigit.murūq; nō parum ledit. Dum hec agerenk:epiſtole ex caſtris in vrbem ſagittis
diriguntur.que Georgiū inſimulant. Nec georgius licet vrbis diſcrimen videret ver
bis p̄vocacibus ſe abſtinet. Que vt ad noticiā deueniūt vehemēs in eum ſuſpicio orik.
quibus ex cauſis vinculis et carcere arcetur. Deputāturq; qui virum examinent et cau
ſas defectionis ꝓquirāt. Examinatus ꝓtradictorijs ac cōiecturis ſufficientibꝰcōuictus
torquek. In tormēto et extra rogatus.vltro fatetur iuſſu turcoꝝ tyranni ad rhodios de
feciſſe. vt vrbē ſi poſſet ꝓderet. quemadmodū plura oppida ꝓdidit. Sin minus rhodi
ſiniſtre verſarek cūcta diligentiꝰ acutiuſq; ꝓquireret et ſpeculark. Mores q̄z et ſtatus
ac cōditiones incolarū et regionis intelligeret ac demū ſi claſſis nō vinceret ad turcū re
uerteretur.docturus que ad vrbis expugnationē cōducerent. Proponebat nāq; turcus
hanc vrbem in ſuā ditionē redigere q; vt cōficeret multis pollicitationibꝰ ac pluribꝰ do
nis allectus Georgius extitit.crimen cōuictus ſupplicio capitis damnatur.et in propa
tulo ſpectante populo funo furci ligato Georgius ſuffocatur.vt animā exalauit. popu
lus cum plauſu ad priuatas ſtationes reuertik letus et gaudēs de nece ꝓditoris chriſtia
ne religionis qui tot animas perdere voluit et ad iugulationem et fidei orthodoxe abne
gationem tot p̄claros viros.caſtiſſimaſq; matronas.ſacraſq; virgines.et plebem chri
ſtianam perducere ſtuduit. Luit tandem penas ſceleri debitas vir perfidus.vigilans et
ſemper aliquid cogitans.turcenſis claſſis p̄fectus baſſa.alteras litteras in vrbem ia
cere ſtudet que grecos indigenas et ciues latinos ad deditionem hortantur.vita et ſup
pellectili ſalua promiſſa.multamq; immunitatem pollicentur. Solum verbis ditio
nem expoſtulat et interitum militum ac perniciem religionis Hieroſolymorū affectat.

Si secus rebus suis ꝓsulant ad vnum omnes interituros affirmat. Putauit vir nephatius populū infidum inuenire et qui metu terreretur vel muneribus alliceret. sed reppe rit orthodoxe fidei plebem deuotā ac ordine Dierosolymoꝝ fidā cōsilioꝙ z armis mutua equitū et latinoꝝ nostroꝝ cōuersatione expertā. Ea igitur inuanum tentante alio vtitur cōmento. Mittit ad ecclesiā beate marie virginis beleomenitre greculū qui dudum ad turcos defecerat qui vigiles alloquens ait bassam oratorem ad principem nostrum velle destinare dummodo tutus aditus pateat. Respondet vt illic ad ripam fosse nunciū mittat. aderitꝙ in bolcuardo qui noīe magistri respondeat. Affuit postridie bas se orator qui nostris prius salutatis ait. Prefectū classis se nō parum immo vehemēter admirari ꝙ tam potenti principi resistere audeamus. qui duo imperia tot regna tot vrbes tot puincias totꝙ potentatus subiugauit. Quare suadet vt nostre vrbi et agris indoleamus nec patiamur tam crudele facinus ꝑpetrare nec vrbem diripi et ad iugulationem viros et mulieres ad raptū et ignominiā duci. bellum an pax prestiterit dicamus Pollicetur quippe breui forma et cōpendio pacem si libuerit se prestiturū. et nos possessores vrbis z agroꝝ permansuros. Aliter minas addens ꝓmittꝫpe diem. ciuitatem in suam potestatē transiturā. direptionisꝙ ꝑbituram. et omne genus crudelitatis executurum. Qui principis nostri vice aderat edoctus respondet. Non possumus satis admirari. vos qui cum classe z impetuosis machinis castroꝝꝙ copia. vrbem nostrā circumdatis. nos ad pacem hortari. cum id a militantiū officio alienū videatur. Verū figmento agere videmini. vt animos tentetis. Sciatis nec pollicitatōes nec munera vestra nos mouere. aut ad aliquid indecens cōficiendum allicere. Nec ꝓfecto mine vestre nos terrent. Sumus enim vnanimes. nec discrimen est inter grecū et latinum. Christū enim colimus vna fide et firma mente. ꝑ quo pugnare parati sumus. et mortē potius oppetere ꝙ mahumeto ꝓiungi sicut facessant ꝓmissa et mine. quibꝫnos monere conamini. Cū vestra classis domesticos lares reuisit. si oratores de pace tractaturos mittetis de re cōsultabimus. Cum armati et exercitu ꝑcincti estis officium bellantiū ꝓficite. et vobis deoꝙpicio cōstanti animo respondebimus. Cognoscetis quoꝙ nō cum asiaticis et effeminatis viris cōtendere. sed cum catholicis fortissimis manum cōserere. Quo dicto turci vultu dimisso extemplo discedunt. Cum turcis maiori conatu. ingenio. arteꝙ resistit ipoꝝ insania incendit. Pudet quippe eos tñ exercitū nō ꝓualere. et sui tyranni formidolosam potentiā a rhodis cōtenni. Furibundi itaꝙ machinis. mortariꝭs sagittis. catbapultis. dies noctesꝙ vrbem lacessunt. infestant. deterrent. expeririꝙ satagunt si rhodiorum animi facinora obire ꝑclara audeant. quemadmodū preclara et magnifica verba ꝓferunt. Secundum igitur alterum preliū ad turrim molis diui Nicolai cōmissuꝫ diebus septem et triginta exactis. vires in vrbis menia augent. faciemꝙ ciuitatis deturpant. Noua quidem vrbs crassissimo muro cincta turribus in celum erectis ornata. antemurali q̄z et ꝓpugnaculis aptissimis munita. trium milium quingentoꝝ spericoꝝ saxoꝝ frequentissimis ictibus laceratur. deturpatur. demolitur. Eamꝙ ruinam plerꝙ domus ciuium et magistratus palacia pornata ac magnifica patiunt. itavt priozis vrbis facies penitus perdita videret. ac tanꝙ gigantei cadaueris sarcina prostrata iaceret. Attoniti sunt plurimoꝝ animi. sed princeps vir quidem magna sapientia. generositate atꝙ magnanimitate. preclaris ac magnificis comitatus equitibus. pugnatoꝝmꝙ globo fortissimo stipatus. spem in deum immortalē. ac filium eius dominū nostrū Jesum christum: eiusꝙ genitricē. precursorem q̄z sanctum Johannē baptistam dirigens. cunctoꝝ mentes solidat. Nec defuerunt magnanimi baiulini priores. preceptores. ac fratres sacri ordinis Dierosolymitani pariter negociatores. indigenesꝙ et greci qui ꝓ fide orthodoxa fortiter pugnare non formidant. Non deterrebat profecto animos. murorum formidanda ruina. Non metum incutiebat facilis hostium ascensus non machinarum impetuosissimi iactus mentes ꝑturbant. Autumant turci paruo momento vrbem subigere. Putant nostri spe et fide pleni. Mahumetanam gentem facile ꝓpulsatum iri. Hinc Turci in auroza et solis occasu ad ripam fossarum fistulis et tympanis Turcensibus solitum cantum edunt. Exultant etiam de futura

victoria. Nostri in pomerio tubarum clangore iubilant. Princeps noster preclarissimus. ingenti acumine preditus prope diem hostilem inuasionem futuram coniectat. Maturo igitur cõsilio presidia menium instituit. Viscz prestantes viros preficit. subsidia qz nõ negligit quibus et electissimos sui ordinis cuiusuis nationis bailinos et equites pesse voluit qui presto casu vrgente adesse debeant. Ipe vero partes subsidij nõ recusat. Quinimmo assiduo labori nõ parcens. in pomerio meniũ lapsoz residet. Illic somniũ cuius nõ diuturnũ sumit. cenitat. versatur. Magistri vestigia strennuissimi quisqz sequitur. nec primi. nec mediocres. nec infimi onus recusant. Turci vero in castris. precones voce ꝑmulgant. vrbis suppellectilẽ in direptionẽ transiturã. impuberem etatem sub iugum vt fidẽ abneget mittendã. Prouectos vero et adolescentes ad vnũ iugulandus. et qui viui capti essent. palis quos ad id exequendũ octo milia parauerãt crucijandos ciuitatis ditione turcoz tyranno reseruata. His diuulgatis properant turci ciuitatem aggredi. priusqz id moliant Mahumetũ suo more inuocant. corpus lauant purgantqz. Sacculos ad rapinam parant. funiculos ad captiuos religandos zonis connectunt. Pridie qz pugna iniretur. totaqz nocte diei continue ac diluculo quod mane quo pugnatũ est ꝑcussit. octo machine muris obiecte saxa ingentia assidue torquent. Quod loco propugnaculoz adhibitum erat diruunt. Vigiles qz ac custodes et menium presidia partim occidũt. vt muris quisqz superstare vix posset. nisi summo astu occultaret. et scalas ad signũ campane paululum descenderet et demum cõscenderet. Hec tempus datum est ꝓpugnacula denuo instaurandi cum bombardarũ ictus frequentiores essent ita vt tam paruo tempore trecenta vel circiter saxa iacta sunt. Turci vero iactu machinarum peracto ad signũ iactus mortarij quod prídem eo in loco cõstituerant cõfertissimi magno impetu quã celeriter quinto kalendas Augusti ruinam orto sole cõscendũt. Erat nãqz facilis vt diximus eis ascensus immo facilioz qz nostris per scalas. Superioza qz murozũ loca occupãt. trucidato q illic erat q primo tanto impetui resistere nequiuit anteqz subsidia nostra scalas ascenderẽt et illic hostilia signa statuunt. Idem qz faciunt ad turrim italie cuius verticem oppugnãt. Clamoz vndiqz oritur. manus quoqz viriliter cõseritur. magnaqz vi pugnatur. nostri quoqz a dextro sinistroqz cornu fortiter hostiresistunt. vbi affuerunt gloriose dimicantes miles prestantissimus dominus de montelio capitaneus armis pollẽs. baiulini qz et equites Hierosolymoz ac negociatores nõ pauciqz indigene et cuiusuis nationis strennui. quozũ quidã inter cõfertissimos hostes acriter dimicantes cecidere. alij multis vulneribus acceptis vitã seruauere. Scalis quoqz que quattuor erant quibus in vicum iudeozũ descendebatur vna principis nostri iussu perfracta qua turci descendere ceperãt ex templo cõscensis. Clarissimus magister et princeps noster Petrus danbusson ꝑclara comitatus coborte. magno fortiqz animo hosti se obijcit scalamqz cõscendit hostem viriliter oppugnat. ꝓpulsat quosdam qz trucidat. Nec aliter ipe suiqz cõmilitones quibus comitatus erat pro fide catholica et republica christianoz pugnauere qz olim glorioſi machabei ꝓ cultu diuino et hebreozum libertate preliati sunt. Nec haud secus qz plericz rhomani principes ꝓ tutanda patria dimicauere qui ob seruatã rempublicã patres patrie meruerunt appellari. Nos enim ꝑcellentissimos viros imitatus princeps et magister noster discrimina nõ formidans vulneribus quinqz in corpore susceptis. quozũ vnum letale censebatur. nisi medicozum cura remedium attulisset. rhodiozum rempublicam tutatus est. seruauit. restituit. Ob quod preclarum quidem facinus pater patrie optimo iure appellandus est. Turci enim perpulchre armati. duo milia quingenti super muros erant cõfertissimi nostros secum manus cõserentes armozum vi propellere nitebantur. Primozum tamẽ virtus inuicta persistens diuino presidio suffultu nequaqz loco cessit. Sequebatqz turcos qui muris potiti erãt ingens turcoz multitudo q totũ campũ adiacentẽ ruinã vallũ ⁊ fossaz expleuerat vt terra vix cõspici posset. Affirmãt per fugę quadraginta milia turcozũ adesse. Pugnatũ est duabꝰ horis ambigua fortuna mõ ad nostros mõ ad turcoz victoria inclinante. Tandẽ diuina clementia principis et nostrozũ virtute fouẽte turci fundunt. ꝓpulsantur. cedunt. tãtoqz impetu et celeritate terga vertunt vt sibiꝑ pis necem et vulnera

afferrent. Spectaculo nobis fuit quod a nostris interpugnandū gestum est cōspicere. Ex turcis quippe qui nostros fortiter lacessebāt sup muros stantes trecenti a nostris in vicum iudeoꝝ precipites trahuntur et impellunt. Erat nāq; muri altitudo ad intra fere pedū viginti. Hi omnes ad vnū trucidati sunt. et cadavera vulneribus deformia passim iacentia intra vrbem visa sunt. Cum turci pedē referrent. et ad castra tenderēt. nostri eos cōsecuti sunt et cōplures intra munitiones occiderunt. quoꝝ spoliis ac insigni tyranni vexillo auro argentoq; ornato quod tante victorie monumento extitit potiti. magno cum plausu vrbem per murorū ruinā intrant. Cecidere ea in pugna turci tria milia quingenti. quoꝝ cadavera intra vrbem super menia fossa. munitionibusq; hostium et mari reperta sunt. Et postmodū ad luem vitandā que passim deformia et lacera iacebant cōbusta. Interire, ut perfuge diuulgarunt qui cum exercitus a bassa recenseretur aderant. ex turcis obsidionis tempore nouem milia. vulneratiq; sunt milia quindecim. magnisq; incōmoditatibus exercitū affectum affirmant. Famā satis cōstans est et palā a perfugis vulgatur turcos visionis miraculo exterritos tanta trepidatione loco cessisse ac pedē retulisse. Aiunt enī cū vexilla dñi nostri Jesu christi ac virginis Marie ac sancti Johānis baptiste religionisq; Hierosolymoꝝ in cōflictu iussu principis erecta sunt crucem aureā in aere splendidissimā hostes vidisse. Apparuisse insuper candidissimā virginem clipeum et hastā gestantē: ac hominē vili veste obsitū splendidissimo comitatu stipatum p̄sidio adesse. Que visio tm̄ terrorē eis incussit. vt nullo pacto ꝓgredi ausi sunt Fatendū quoq; est hanc victoriā de celo dimissam esse. Quomodo tam parua militum nostroꝝ copia hosti potentissimo iam muris potito resistere potuisset: nisi diuinū presidium affuisset. Quō tam parua temporis mozula. tanta hostiū manus cecidisset nisi angelus dei victoriā attulisset et inimicos trucidasset. Erāt enī tot occisoꝝ cadavera. et ita perpulchre ordinata. vt nō horarū sed dierū opus esse videretur. et id potius diuinitus q̄z humanitus cōtigisse putetur. Quis hostē menia possidentē. iamq; victoria lasciuientem et exultantē terruit. Deus clementissimus. Quis hostē ne scalis descenderet anteq; subsidia cōscenderent, prohibuit. deus fortissimus. Quis eoꝝ mentes obcecauit vt post primā pugnam nō aggrediunt nostros. et multis vulneribus oppressos et defatigatos oppugnent. deus clementissimus. Quis tam potentē hostē qui tot et tanta regna subiugauit, prohibuit. ne hunc Hierosolymoꝝ principatū. mediocrē quidē ac ceterorū cōparatione tenuem. post Cōstantinopolitane vrbis excidiū sue ditionis faceret. deus sapientissimus. Agamus igit̄ gratias de tanto beneficio ei qui nos ab impioꝝ manibus p̄servauit. Turci enī spe potiunde vrbis ducti q̄z crudelitatis genera exercere, ꝓponebāt. sed nephando optatu frustrati tanq; pecudes trucidant, ꝓpulsantur. vincuntur. Ex templo pugna cōmissa ad primū lapidē castra ⁊ papiliones turci collocant. machinas ad litus maris deuehunt. et nauigijs onerant vulneratos. et quos ex licia traiecerāt multos dies vsq; ad eoꝝ discessum in turchiam cum omni suppellectili reuehunt. Ortos vineas predia si que intacta illesaq; remanserāt vastant. depopulant. incendunt. ingenti pecudis multitudine subacta. Dum hec turci molirentur et discessum pararēt. apparuere subsidiarie naues quas p̄cellentissimus Sicilie rex Ferdinandus fidei catholice deuotissimus rhodijs mittebat. Que ad auram post meridiem turcis cōspicientibus cum rhodiorum plausu. et gratijs altissimo datis portū intrare nō formidāt. Hostis machinas quas ad hoc parauerat in eas dirigit. Jactu machinarū vna detrimentū malo excipit: altera incolumis euasit. Anchoris ante aditum portus naues subnixe vi tormentoꝝ et maris estu feruente paululum ab aditu discedūt. Vespero adueniente ⁊ ꝓcella ingruente nauis que lesa fuerat portū intrat. altera vela ventis dare compellitur. Postridie eius diei cum ea nauis portum subire intereturvento deficiente. dum placidū redditur mare nec longius a classe turcensi distaret. triremus turcorum viginti exercitu et rhodijs conspicientibus nauim aggrediunt et oppugnant. Qui naui deuehuntur: viriliter se tutant. Horis vero tribus nauali prelio machinarū iactu pugnatū est. Tandē nostri victores euasere. In qua pugna triremiū p̄fect⁹ occidit. Hac q̄z incōmoditate accepta. ad suos hostis reuertit. et nauis subsidiaria postera die portū plenis velis intrare nō formidat.

Attulerunt profecto he naues nunciũ quod Rhodios nõ parua affecit leticia. Pontifi
cie quippe littere recitantur. que rhodioꝝ animos paterna monitione solidant. Subsi
dia q̃z nauiũ parata pandunt que prope diem ventura erant. Preterea grandẽ expedi
tionem parari nunciant. que nedum rhodios obsidione liberare. verum etiã inimicam
classem expugnare. ac pternere possit. Rhodũ leto accepto nuncio clementissimũ rho
manum pontificẽ Sixtũ quartũ miris laudibus tollũt. laudant. predicant. deoq̃ pro
eius felici statu humiles p̃ces fundunt. Hic quoq̃ rumor ad turcos transit. qui perter
riti ceptum discessum accelerant. Exactis igitur nouẽ et octoginta diebus rhodiorũ li
tore classis soluens. phiscum nauigare ꝑperat. Illic milites et suppellectilẽ exonerat. vbi
dies vndecim morata ad domesticos lares cum clade et ignominia reuertit. Qui obsi
dionis pericula expertus est et res publico functus officio cognouit ad laudẽ dei. chri
stiane religionis exaltationẽ et rhodioꝝ gloriã rerũ gestarũ cõmentariũ edidit.

De captione ciuitatis Idruntine.

Mane postea q̃ insula rhodi diuino potius miraculo q̃ alias muris illius ꝑ
magna parte solo equatis a turcorũ obsidione et furo[illegible]ie liberata. atq̃ ita
ipi turci spe sua et conatu impũissimo frustrati fuerunt[illegible]ie valde obpro
briu m illud ferentes. atq̃ plurimis quas eis christianorũ negligentia parauit elati vi
ctoriis tantis stragibus et calamitatũ generibus. quibus regna. puincias. ciuitates ꝛ lo
ca plurima christianoꝝ hactenus affecere nequaq̃ cõtenti. neq̃ sparsi sanguinis fide
lium multitudine satiati. arbitrabantur facile ignominiã quã a rhodianis accepissent in
ceteros christicolas posse retorquere. Proinde classem denuo instaurant validissimã et
copiosum exercitũ parant. ptes italie. maxime mari adriatico vicinas. terra mariq̃ in
uadere et successiue in diram et miserabilẽ redigere seruitutẽ animose cõtendunt. Mimi
rum cum ipe turcoꝝ tyrannus crudelissimus. auro et hominibus abundans et domi
nandi mira cupiditate inflammatus. optime intelligeret gentes sibi vicinas. bellis fre
quentibus per eum attritas. arma sumere nõ audere. et solos fideles vngaros muri lo
co ad orientẽ remansisse. in italos extũc seuire decreuit Ergo post ceteras cruentissimas
iacturas et strages quas christianis populis ipi nephandissimi hostes fidei turci in a
lijs terris intulerũt. post horrendã tot ciuitatũ euersionẽ. miserabile excidiũ. et lamenta
biles atq̃ vniuerso pene orbi terrarũ notissimos conatus. rhodieq̃ vrbis postremo cũ
ingenti multitudine gentium. terra mariq̃ obsidionẽ in Apuliam regni Sicilie. puin
ciam cum magno exercitu et classe ex velona applicuere. Est in ea. puincia ciuitas que
dam archiepiscopali sede insignis. atq̃ populoꝝ multitudine et rerum omniũ opulen
tia nõ minime prestans idruntũ appellata. vnius noctis nauigatione a predicta ciuitate
Velona. que sub turcoꝝ est potestate distans. Hanc ipi immanissimi turci post aliquot
dierũ obsidionẽ. et muroꝝ eiusdẽ machinarũ impetu euersionẽ. tandẽ (heu rem miserã
et afflictam) cruentissimo bello vi et armis ceperũt. expugnauerunt. spoliauerunt. viris
partim cesis. partim acerbissime seruitutis iugo subiectis. matronis stupratis. virgini
bus raptis. sanctimonialibus fedatis. adolescentiby immaniter trucidatis. senibus ho
minum et equoꝝ calcibus cõculcatis. Sacerdotibus etiã intra ecclesiã ꝑ defensione fi
dei. humiles p̃ces instanter altissimo porrigentiby. ferarũ more iugulatis. et ipo archie
piscopo idruntino sene et annoso. pontificalibus induto sacratissimã crucẽ manib tre
mulis tenente. serra lignea crudeliter in frusta diuiso. pregnantiby q̃z cum semiuiuis cor
pusculis inaudita crudelitate dilaniatis. atq̃ dilaceratis. demũ ciuitatẽ ipam idruntinã
in suã ditionẽ redactã. hominibus et numero copioso. muris. victualiby. vallo. machi
nis. armis et alijs ad defensionẽ necessarijs mirũ in modũ muniuerũt. Tandẽ ipo tur
corum principe mahumeto. haud longe post ex hac luce subtracto. filius eius in regno
successor qui hodie turcis imperat. p̃fatã ciuitatẽ idruntinã regi reddidit Neapolitano.
ex causis quas breuitatis gratia ptermitto. Atq̃ ita turcis vrbi ꝛ apulie puincia pulsis
xp̃ianis incolis denuo idruntũ inhabitat. hec de historijs istis breuiter dicta sufficiãt.

¶ De regimine peregrinantium transmare scribit Hali medicus in hunc modum.

In mari peregrinanti si subuersio et vomitus acciderit. Utatur sirupo sebesten vel granatoꝝ cum menta. vel pomoꝝ muzoꝝ cum tamarindis sugat. et odoret granata poma muza coctana. minuatq; cibum. Si autē incipit ei vomitus dominari mundet stomachus eius coleris. et vtatur deinceps supradictis. sitq; cibus eius acerba. vel qui sit de acerbis. Rasis autē medicus dicit. Qui per mare vult incedere roob fructuū et medicinas quibus vti ꝓsueuit secum deferat. Priusq; ingrediatur mare per aliquot dies comestioni qua cōsueuit vti. debet minuere. taliq; cibo vti qui sit de his que rigidū stomachum faciūt. Eaq; quoq; die qua mare primū ingreditur aquā nō intueatur. sed ea odorare et comedere paulatim incipiat: que vomitum reprimūt. Quibus ita gestis si stomachi subuersio acciderit et vomuerit. aliquatenus vomere permittend⁹ est. qm̄ hoc ei nō nocebit. Ex si plus q̄s necesse est hoc ei accidat roob fructuū quasi sorbendo atq; lambendo sumat. et sumach et granatoꝝ grana et huiusmodi accipiet.

¶ De cautela cōtra pediculos ac pulices et muscas in mari

Accidit autē peregrinanti copia pediculoꝝ in corpore ꝓpter sudorē et puluerem ac balnei paucitatē Nō cum euenerit corpus eius cathaplasmet cum argento viuo occiso. cum oleo adiuncta astrologia longa et de felle. Hane q̄s balneū ingrediat et corpus eius fricatione valida mundetur. caputq; cū cartaphilagine et borace lauetur. Rasi aūt vbi supra. Pediculoꝝ grauationē prohibent vsus balnei et lauacri. pannoꝝ frequens mutatio. ꝓpriecq; vt pannus qui carni adheret lineus sit. tarde nāq; pediculis repletur. hmōi autē interficit argentū viuū extinctum si oleo misceatur. et ex eo fila lanea inungatur. que super se aliquis impendat aut ex eis se cingat. Pulices cum herba que dicit pulegaria in lecto posita fuerit quasi ebrij et paralitici fiunt. nec salire nec se mouere pñt. Si vero in aqua in qua tribuli cocti fuerint tribulus roretur. pulices omnino destruent. aqua simiſiter in qua ruta decoquit aut oleander eos interficit. Culices ex fumo palee et ex fumo vaccini stercoris et q̄s maxime ex fumo iunci triangulati et nigelle fugantur. Muscevero aqua in qua niger ellebor⁹ coquitur et arsenici citrini vel olibani fumo necantur. Alia pleraq; medicinalia puta cōfectiones et hmōi sanitatis pseruatiua. cōseruatiua aut cōfortatiua satis cōmunia sunt. et facile quisq; peritum medicum potest habere cōsultum qui has voluerit subire peregrinationes sup his rebus quas sibi inter peregrinandū necessarias arbitrabitur. Ideo de eis supsedere q̄s quidpiā scribere maxime q̄ me nō satis deceat malo.

¶ Sanctarum peregrinationū in montem Syon ad venerandū christi sepulchrum in Hierusalem. atq; in montem Synai ad diuam virginem et martyrē Katherinam opusculū hoc cōtentiuum per Petrum drach ciuem Spirensem impressum Anno salutis nostre M.cccc.xc. die. xxix. Julij. finit feliciter.

A 190341 9


colorchecker DIGITAL SG
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
calibrite
X-rite ColorCheckerSG S/N:151021-1259 Data 15.10.21 Item No.:MX-7181
mm
0
1
2
3
4
5
6